

Alte Drucke

**VARINI CA=||MERTIS AOPHTHEGMATA AD BENE
BE=||atéq[ue], uiuendum mire conducentia, nuper ex
limpidiſimo græ=||corum fonte in Latinum fidelitur ...**

Varinus, Camers

Cracovia, 1522

Vtilitas quae principibus ex librorum lectione prouenit.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150535

Utilitas quæ principibus ex librorum lectione provenit.

Demetrius Phaleræus Ptolemæum regem admonere sole
bat, ut libros, qui ad regnū ^{id est ad} sacret sibi cōpararet, eosq;
^{triginta} lectuaret, namque amia admonendo regibus, ac prināpis
bus suggerere non audent, ea in libris scripta inueniet
^{vorlagem}

Res optima monarchia.

Ex historia Sereni cum Croesus lydis imperaret, & unam suam fratrem imperare cōstitueret, unus ex lydis dixit, o rex, omnium quæ sunt super terram bonorum, sol author et causa est, & nihil esset super terrā, nisi sol resplenderet, at si duo soles essent, ne omnia ab ipsis cōbusta perirent, perialit maximū esset, sic lydi unum regem salutæ eorum esse credūt, duos autem nullo pacto tollere posse.

*s*ocrates status popularis, cuius aequalitate exigit atq; in tali
statu summopere laudatur, & pbatur. ut nihil alijs alio plus
possit, quæ res malis magis q̃ bonis ciuibus coduat. Prima p̃s
aut optio qui plurimu, post illū secūdo, tertio, et ceteris dein
aps pari modo ac ratione pro meritis tribuit, & dispensat.

Homerus, non bonum dominatio multorum, unus rex, unus dominus sit.

1 socrates, qui singulis annis magistratus adēūt, antea priuati,
rerūq; publicarū ignari, et expertes quantū a prināpibus q̄
semp rebus publicis assistūt, discent, res ipsa docet, prināpes
et si natura imbecilles, rerū tamē experiētia ceteros antecūt.
qui aut per uices statui populari præsunt, cōtinuīs semp con-
suetudinibus quas inter se exercent resp. labefaciūt, at prināpes

in regno constituti, cum non habeant cui inuideant, pro uirili
parte optima facere nituntur.

De Rege.

Pythagoras, potius elige, ut qui uersantur tecum te uene
rentur, et ament, quā timeant, amorem. n. reuerentia et
obseruantia, timorem odium sequitur.

Anaxilaus rex interrogatus, quid esset in regno beatissimum,
dixit, nunquam uinā beneficijs.

Theobolus, fuge inuidiam multorum, Caue ab insidijs odio te
habentium.

Philon, cum fortitudine benignitatem et mansuetudinē serua, ut
non formidolosus, sed reuerentia dignus uidearis.

Socrates dicebat eum esse optimum regem, qui a proprijs affe
ctibus temperaret.

Isoerates, fidos existima, nō eos, qui quodcumque aut dixeris, aut fe
ceris laudāt, sed qui si peccaueris, te increpēt, atque redarguant.

Idem, diligenter inspicie eos, qui arte tibi adulātur et eos qui bene
uolentia inserviūt, ne plus apud te mali quā boni possint.

Idem, amicos non omnes, uerū tua natura dignos posside, neque
eos, cum quibus suauissime uersaris, rebus quibus tu praeesse
nō potes, statues sed eos cum quibus optime regnum reges, ut
pote qui rerum omnium, quasi illi gesserint, laudem, uel cul
pam sis subiturus.

Idem, eadem poena affice calumniāntes, et delinquentes.

Idem, tibi ipsi impera non minus, quā alijs, eamque rem Rege di
gnissimā existima, si uoluptati nulli inseruieris, uerum cupi
ditatibus omnibus magis, quā ciuibus imperaueris.

- I**dem, eū esse uerissimū honorē puta, nō qui in aperto tibi tribuatur. Verū qui, arbitro remoto, uirtutibus tuis exhibeatur.
- I**dem, pluris faciendum est, bonā gloriā q̄ diuitias filiis reliquere, hæc n. mortales, illa immortalis, & diuina gloria acquiri possent, gloria autē diuitijs nō acquiritur, hæc etiā a multis possidentur, gloria autē uirtute præditis solū possidetur.
- P**luxarchus, beneuolentia mansuetudine, & beneficijs, non timore, & minis comparatur.
- S**olon, ille maxime mihi princeps gloriosus esse uidetur q̄ democratiam ex monarchia quibus fecerit.
- B**ias dixit, ille princeps in primis laudibus afficiendus est, qui patriæ legibus mores accommodabit.
- T**ibals cum feliciū imperatorem putabat, qui se cū natura moriebatur.
- P**ittacus eum laudabat imperatorem, qui ira se gerebat, ut nō eum, sed ei aues timerent.
- C**hilon eum optimum esse regem dicebat, qui ne diuibus formidolosus sit, studet.
- I**soarates, ne putes alios compositis & moderatis moribus tantum ducere oportere, reges autē licentiosis & incompōsitis, sed tuam temperantiā, & moderationem alijs exemplum statuere, ut pote qui sciat perinde diuitatis mores esse, ac regū.

De uituperio mali principis.

PTolameus cognomento philadelphus dicere solebat, cum multa alia incommoda ipsa tyrannus habeat, tum maxime q̄ ei utilitatis causa, insontes interficere, impune licet.

D emosthenes, rex malus, & tyrannus, res inimica bonis diu-
biis, & legibus contraria.

A nisthenes philosophus dicebat, carnifices humaniores esse ty-
rannus, interrogatus quo nam modo rationē reddidit, etenī
a carnificibus nocentes, a tyrānis uero immerētes necantur.

De abstinentia & temperantia.

E ratosthenes dixit uinū igni æquale habere robur, quod
cum uirū inuasit, eum uelut boreas uel notus mare lie-
bycum turbat, & confundit, occulta & que profunda mente
gerit, aperit et ostendit, uirorūq; totam mentē exauit.

A echylus, qui potus mensuram transgreditur, non amplius
mentis & linguae est compos, sine pudore turpia, & indecen-
tia loquitur, ex uiro factus puer.

P ythagoras dicebat ebrietatē insanīe esse exerationem.

T heognides, igne aurum, & argentū opifices cognoscunt, iuri
autem mentem etiam prudentis uinum manifestat, uitiumq;
omne detegit, uituperatq; sapientem.

A nacharsis primum uini poculum in mensa dixit esse sanitatis
secundum uoluptatis, tertium insanīe.

A nisthenes, Dionysio ferulam, et obliuionem consecrant, tanq̃
non oportunum mensae delictorum reminiscā.

P lato, gubernator temulentus, et quicūq; imperat puerit oīa
sue sit nauigū, sue arrius, siue exeratus, quibus praestit.

I dem, nō solum senex (ut aiunt) bis puer, sed & ebrius.

P lutarchus, ignorantiam occultare (ut dixit Heraclytus) diffi-
cile est, sed in uino multo difficius, & Plato ait in uino mo-
res fieri manifestos.

Sophocles æschylū accusabat, qui uino madidus scriberet, nā
 & si optima, & conuenientia facis tamen ea nesciens.

Pythagoras interrogatus, quo nam pacto ebrius ab ebrietate
 cessare posset, respondit, si crebro a se acta contempletur.

Anacharsis interrogatus, quo nam modo quis ebrietate non
 capietur, dixit, si inspiciet qualia ebrii faciunt.

Pericles, Sophocle formosum adolescentulū sibi ostendente, di-
 xit, o Sophocles modestū, & temperatū imperatorē nō solū
 manus, sed etiam oculos abstinentes habere deat.

Socrates interrogatus quo modo quis fieri diues posset, dixit,
 si ab omni animi cupiditate erit liber.

Idem dixit, continentia esse, corporis uoluptates fugere.

Socrates interrogatus qua in re ab alijs differret, respondit in
 ea, q. ceteri quidē uiuūt, ut comedāt, at ego comedo, ut uiuā.

Eusebius, Epicurus interrogatus quō quis fieri possit diues, re-
 spōdit, nō his, quæ habet addēs, sed mltā ē necessarijs demēs.

Democritus, benignus et uir cōtinēs, nō is q. tristatur ob ea, q.
 nō habet, sed q. his quæ possidet, acquiescat, habendus est.

Pythagoras mori multo satius esse, q. animam incontinentia,
 & uitijs contaminare, & polluere censebat.

Idē, robur maximū, et diuicias putabat, continentia possidere.

Eusebius, demonstratio mentis optimi uiri, hæc existimanda
 est, non ad prandia se esse natū, neq. in hoc uitam esse existi-
 mare, sed solius uitæ causa abos inuentos esse indicare.

Democritus rerū suauū raritas, maxime deat & delectat.

De adulatione, & audacia loquendi.

Zeno, tetpsum redargue, quicumq. es, & ne ad gratiam audis

- as, & adulatorum loquendi audaciam a te remoue.
- A ntiſthenes dicebat melius eſſe incidere in coruos, q̃ in adulatores, illi n. mortuorū cad. uera, hi uero uiuentū aias deuorant.
- A riſtonymus dixit, ut ligna ignē augentia ab ipſo abſumūtur, ſic diuitie adulatores nutriendes ab ipſis corrumpuntur.
- C rates ad iuuenem diuitem multos adulatores ſecū trahentem, inquit adoleſcentule miſeror tuam ſolitudinem.
- S ocrates, adulatorum beaculencia infortunia amicorum, tanq̃ abhominacionem fugit.
- I dem, uenatores canibus lepores, multi autem laudibus ſtul-
tos homines capiunt,
- A ntiſthenes dicebat, ut meretrices bona omnia præter mentem
& prudentiam amatoribus precantur, & optant, ſic & adu-
latores h. is, cum quibus uerſantur.
- D iogenes in adulatione, ſicut in monumento amicitie ſolum nos
men inſcribi dicebat.
- P hauorinus, ut actæon a canibus a ſe nutritis laceratus periſſe,
ſic ab adulatoribus nutritores pereunt.
- S ocrates, lupi canibus, adulatores amicis ſimiles diſimilia tam-
men capiunt.

De prodigalitate.

- D**iogenes a prodigo minam petebat, illo autem dicente, ab
ab ijs triobulum, & a me minam petiſte reſpondit ab
aijs quidem rursus ſpero, a te autem non amplius.
- S ocrates coſpecto quodam nulli habita ratione, omnibus gra-
tiſicante, & omnia ſubminiſtrante, male inquit pereas, quia
gratias uirgines, meretrices eſſe caſu.

Crates diuitum prodigiorū pecuniarū fidei in præcipitijs, et prærupis locis plantatis comparabat, ex quibus homines nihil, sed tantū corui, et milui capere possent, sic et horum pecuniarū meretrices, et adulatores solum fruuntur.

Zeno exasstantibus prodigalitatē, atque propter copiam id posse facere dicentibus, respondēbat, nepe etiā et coas uenia danda est, si propter salis copiam obsonia nimis salsa se fecisse dixerint.

De bello.

Ansthenes socraticus, dicente quodam, bella multos pauperes perdere, immo multos facere dixit.

Arctidamus Agesilai filius, sagittā cum primū ex Sialia allatā inspexisset, exclamauit, o Hercules, hominis uirtus prius.

Demosthenes, bellū gloriosum, turpi patia ante ponendum.

Lauda audacē.

Ansthenes, quoniam moriendum est, gratis mori, manifesta iactura est.

Socrates, magis fuge infamiam, quā discrimen, decet enim timidos et in belles mortem formidare, at fortes, in uita ignominiam, at si quando periclitari contigerit, magis gloriæ, quā uitæ inhoneste consule, omnes fato morimur, at bene mori, fortium uiroorum proprium est.

De uituperio ætatis iuuenum.

Apollonius, iuuenis et imperitus, qualis est uir? Plato, de iuuenibus diuinare difficile est, nam quod ipsorum ætas sit euasura, coniectura consequi haud promptum est, præ-

tertium cum multis mutationes habeant, & modo huc, modo
illuc deferantur.

I de iuuenū mores, in uita uarias, et multas mutatiōes accipit.

I dem, legem oportebat esse, pueros non amare, ne in re tam
incerta tantum studiū absumeretur, finis puerorum est incerta,
sue in uitia, sue in uirtutes sit euasurus.

De audacia et Fortitudine.

Clitarchus historiographus dixit, omnis audacia uirium,
transcendit mensuram.

Archidamus Lacedemoniorum imperator conspicatus filium
temere cū Atheniensibus pugnantem, dixit, aut uiribus ada
de, aut de audacia remitte.

I Socrates, fortitudo cū prudētia prodest, sine hac plurimū obest.

P lutarchus, audacia cū rōne in rebus periculosis suscepra laus
danda est, impetus aut sine rōne, temeritas, diuandus est.

De imperatoribus, & praeceptis in bello.

TRiballi populi quattuor phalanges in praelijs instruit,
primam ex imbecillibus, et debilibus, secundam ex opti
mis, & fortibus uiris, tertiam ex equitibus, quartam ex mul
cribus, quae ipsos in fugam uersos maledictis, & conatijs
insectantes retinerent.

P lutarchus, Antigonus rex hostibus in sequētibz cadens, non
se fugere, sed utilitatem retro sitam persequi dicebat.

L amachus cū ex tribunis quendā increparet, at ille se id non
amplius facturū diceret, nō est, inquit, in bello bis errare.

Antigonus rex interrogatus, quonā modo q̄s inuadere hostes debeat, aut dolo, aut ui, aut aperte, aut occulte, respondit.

Epaminondas thebanus conspecto magno exercitu, qui bono & prudente imperatore carebat, quanta bellua est, & caput non habet, inquit.

Agesilaus laedemoniorū rex interrogatus, quae eēnt bono imperatori necessaria, dixit, aduersus hostes audacia, erga milites beneuolentia, in oportunitate uero ratio, & consilium.

Iphicrates interrogatus, quis in condone maxime sapiat, utrū eques, aut miles, aut sagittarius, aut scutatus, nullus horum inquit, sed his omnibus qui iubere norit.

Chabrias optime, & pulcherrime eos imperare dicebat, qui res hostium callerent.

Philippus rex meliorem æruorum exercitum Leone imperante esse dicebat, q̄ Leonum æruo doctore.

Iphicrates exercitum oportere compositum esse dicebat, tanq̄ unum corpus, thoracem, phalangem, manus milites leuis armature, pedes, equites, caput, imperatorem.

Timotheus interroganti auidam, qua in re differret ars militaris, a rhetoriā, qua bellum, inquit, a pax.

Philippus interrogatus, quos maxio amore, quos item summo odio prosequeretur, quorū inquit, proditione uxor, eos ualde diligo, qui iam prodiderunt uehementer odi.

Anthphanes dicebat, precari & optare oportere, atra fortitudinem multa bona hostibus esse, nam ea non possidentium, sed uicentium esse.

Thucydides, pax ex bello magis, q̄ ex quiete stabiliur, & confirmatur.

De his qui præsunt urbibus.

Solon, rege, cum prius regi didicaris, regi enim cum didicaris, scies regere.

Bion, bonū, et iustū rector ē non ditiores, sed illustriorem a publica administratione, deo dēre oportere, dixit.

Agathon dixit, tria urbis gubernatorē memoria tenere oportet, primū, quod hominibus imperat, secundū, quod secundū leges debet imperare, tertū, quod non semper imperabit.

Isæus, qui iniuriam inferentes puniunt: hi alios ab iniurijs abstinerere faciunt.

Pluarchus, thebis iudicum imagines sine manibus in foro collocatæ, et iudicum principes etiam clausis oculis, quid aliud sibi uolunt: quā iustitiam esse incorruptam?

Isocrates, constitutus in magistratu, et publicis administrationibus, malo homine minime uteris, nam eorum in quibus ille peccauerit, tibi culpa omnis attribuitur.

Lysias dixit eandē sententiā et mentē iudices et latores legū habere oportet, si recta iudicia pronuntiare uolunt.

Aeschines dixit eandem oportet esse patroni et legis uocem, quando uero altera legis, altera patroni sit, legi suffragium dandum est, non aduocati impudentiæ.

Hyperides, in apientibus iniurijs obliste, nam cum semel radices altius uitium egerit, ut morbus diu corpore conuulsius, non facile extinguitur.

Eusebius, qui alijs præest non potestate sola, uerum dignitate, mente, et uirtute quibus imperat præstare debet.

Bis damnaturus quendam morte, illachrymavit, interrogatus

quid passus? ita damnas et flet, respondit, necesse est naturæ affectum, et legi suffragium reddere.

Cato senior pessimum esse dicebat præsidem, qui sibi ipsi imperare non posset.

Antiphon. non iustum est, qui re peccat, ut uerbo absoluat, rursum qui recte operatur, ut uerbo pereat, uerbum enim lingue, opus autem mentis.

Epictetus, ita ut sol non expectat supplicationes, ut oriatur, sic neque tu expectes plausus, et laudes, ut beneficias, sed sponte omnibus confer beneficia, et ut sol amaberis.

De Iustitia.

Philemon, uir iustus est, non qui iniurius non est, sed qui cum esse possit, ne sit, cauet, neque qui parua non accipit, sed qui magna cum posset, abstinuit, neque qui omnia hæc seruat, sed quæ incorrupta, legitimaque natura, iustus esse mauult quam uideri.

Agesilaus, fortitudinis nulla plane utilitas, si absit iustitia, at si iusti omnes essent, fortitudine non indigeremus.

Demosthenes, hi homines in primis laude digni habendi sunt, qui nullam iustitiæ anteponunt utilitatem, pecunias enim quisque possidere potest. At gloria pecunijs non emitur,

Plato, scientia a iustitia, alijsque uirtutibus se iuncta, calliditas, non sapientia habenda est.

Demosthenes, soli dei cultores habendi sunt, quibus inimica est iniustitia.

Plato, Aristides cognomento iustus, interrogatus, quid esset iniustitia, aliena inquit non desiderare,

E picetus, si recte iudicare uis, nullius rei, præter q̄ iustitiæ rationem habueris.

I dem, in iuditijs minime erraueris, si teipsum in uita iustum, incorruptumq; seruaueris.

I dem, quemadmodū lapis aurū explorans, ab ipso nō exploratur, sic iustus, q̄ iudicio præest, ab auro nō corrumpitur.

I dem, ut recto nihil rectius, sic iusto nihil iustius.

P lato, in pedalijs gente indica non qui sacrificat, sed qui rerum gerendarum est peritissimus, præfiatur sacris, petitq; a dijs nihil aliud q̄ iustitiam.

I dem, deus nusq̄ ac nullo modo iniustus habetur, sed q̄ iustissimus, et ei nihil similius, q̄ qui nostrū est iustissimus.

I dem, uir peregrinus iustus nō solum aui, uerum etiam consanguineo est anteponendus.

De iniustitia.

A Ntiphon, mala & turpia lucra, breues uoluptates, deinde magnas tristitias habent.

E usebius, is diues existimandus est, qui se quod satis est, habere putat, q̄ aut̄ semp, ut acquirat, inhiat, expleri nūq̄ potest, etiā si Mida ditior sit, ego eū pauperē & irum uoco.

D emocritus diuitiæ malis artibus comparatæ, manifesta probra existimandæ sunt.

B ion sophista, auaritiā oīm uitiorū metropolim esse dicebat.

I dem, pecuniarum appetitus nisi satietate terminetur extrema paupertate multo difficiatior est, maior enim appetitus maiorem facit indigentiam.

A nisthenes, auarius ne rex quidem atq; liber, bonus,

Herodotus, q̄ pessimum est docere animam plura habere, et querere q̄ habeat.

Timon cognomēto misanthropos, latine osor hominum, dixit auaritiā et inanem gloriā malorū oīm esse elementa.

Socrates interrogatus, qui sunt auari? respondit turpia lucra sectantes, et amicos despicientes.

Emiramis cū sibi sepulchrū construxisset inscripsit, quicunq; rex pecunijs indiguerit, si hoc monumentū aperuerit pecuniarū quantū uolet accipiet, Darius cū sepulchrum aperuisset, pecunias quidem nō inuenit, sed huiusmodi inscriptionē nisi malus uir esses, et pecunijs inexplebilis, nunq̄ mortuorum sepulchrum uiolasses.

Plato, ad eum qui semper pecunias coacruare studebat, inquit, o prauē ne semper possessionem augere, sed minuere cupiditatem queras.

Diogenes, pecuniarū accumulatores, magnos mēdicos uocabat. Plato, nimia pro filijs pecuniarū collectio, magnus est auaritiæ pretextus, proprios mores redarguens, et detegens.

Simonides interrogatus, quare iam senio confectus tam auarus es? respondit malo quādo moriar inimicis pecunias relinquerē, q̄ dū uiuo amicos indigere, damnans hac re instabilitatem auaritiæ multorū, simul et pauiditatem.

De Prudentia.

Crates, cū in forū uenisset, conspexissetq; alios uendētes, alios uero ementes, inq̄, hi quando diuersam inter se rem exerant, beatos se esse putant, at ego ab ambobus his liber, me illis beatiorem iudico.

Callisthenes in secundo metamorphoseon, aelenis urbe phry-
gie, ira Iouis id ei terræ hiatus cū maxima aquæ copia factus
multas domos cū uiris in profundū traxit, populo uero in
maximo discrimine constituto, Midas rex ex oraculo dixit,
terrā coituram, si qd' habetur optimū, & pretiosum in uita,
in illum terræ hiatū deijceretur, cū aut aelenis omne aurū,
argentū, et muliebri ornamentū in ipsum hiatū deicissent,
malūq; ipsum adhuc non cessaret, Aegistius Midæ filius ras-
tus, nihil in uita esse animā pretiosius post patris, & timo-
thæ uxoris amplexus, equum conscendit, factūq; impetu, in
illum se deiciat hiatum.

Democritus, dardani gens illyrica ter solū in uita lauatur, prio-
quādo nascūtur, sedō in nuptijs, tertio quando moriuntur.

Aristoteles, quādo, nō ut uolumus quimus, ut possimus, uelimus

Isocrates prudentem & bonum uirum deæt, præterita me-
minisse, præsentia agere, & futuris consulere.

Bias, tarde, & consulto rem aggredere, uerum ubi fueris ag-
gressus mature perficere.

Chilon iacturam turpi lucro preponendam esse censebat, hæc
enim semel, illud uero semper te tristitia afficiet.

Socrates, cum principibus aut q̄ minime, & rarissime, aut q̄
obsequentiissime uersandum esse censebat.

Isæus, maximū deo sacrificiū quotidie hominē offerre existi-
mabat, qui uitā honestā, et à uitijs incorruptā traduxerit.

Misonius dicebat, homines non posse præsentem diem bene ui-
uere, nisi illum se tanq̄ ul- mum uicturos proposuerint.

Anisthenes neq; symposiū, sine colloquio, & societate, neq; di-
uitias sine uirtute, uoluptatem habere affirmabat,

P ythagore præceptum est, quæ turpia factu, & dictu sunt, ne cogitanda quidem esse.

P ythagoras, uitam optimam eligere oportet, nam suauem, & iuandam ipsa consuetudo faciet.

P hodon præcipit, ut ex templo altare nõ est amouendũ, ita ex humana natura misericordiam non esse tollendam.

P ythagoras magis animi uires, q̃ corpis optandas esse asserbat
I dem animi bona ueras possessiões esse persuadere nitēbatur, cætera fortune esse instabilia, & incerta, diuitiæ. n. fortune temeritati subiæcent, uirtus stabilis, immobilisq; habetur.

I dē, quorũ causa uiuere uis, horũ etiã gratia ne mori timeas.
D iogenes interrogatus, quo nam modo quis suimet præceptor fieri possit, respondit, si seipsum eis quibus alios increpat, increpauerit.

Xenophon, uirtutes, quæ inter hoīes celebrantur, si recte cõsideraueris, eas oēs disciplina, et exercitiõē iuenies esse auctas.

P ythagoras dicebat, melius, & tutius esse in grabato dormire securum, q̃ in lecto purpura strato sollicitum.

I dem dicebat, homines comparare oportet amicos & filios huiusmodi, qui in uitæ mutationibus permaneant.

E uripides tres dixit esse uirtutes, quas bonos uiros exerare deat, colere deos, parentes honorare, et cõmunibus legibus parere, hæc qui fecerit, insigni gloriæ corona ornabitur.

P latonis sententia est, uirtuti omnia cedere.

S ocrates, quemadmodũ nõ is equus, qui pulcherrimis phaleris ornatus est, sed qui natura est splendidus, generosus habetur, sic ex hoībus nõ is, qui magnas diuitias possideat, sed qui uirtute animi splendeat, habendus est generosus.

- P**ythacus iuste apud te depositum sine fraude reddere iubet.
- S**ocrates, ut in recluso & aperto templo statuæ, & ornamenta omnia, quæ in eo sunt conspiciuntur, sic ex ore aperto, & loquente anima cognoscatur.
- I**socrates, præcipit, ne ea alteri faciamus, quæ ab altero nobis fieri grauamur.
- I**dem, uitæ partes quemadmodum perfecte statuæ, sic omnes pulchras, & absolutas esse oportere, dicebat.
- I**dē, ita ut statua in basi, sic uir bonus, et studiosus in electione pulchra constitutus, constans, & immobilis esse debet.
- P**ythagorius tarentinus, ut est boni, et periti gubernatoris se ad uictorū uarias mutationes accommodare, sic et sapiētis uiri est, animi perturbationes, & mutationes moderari.
- S**ocrates, in nauigando gubernatori parere oportet, in uiuendo autem ei, qui melius prospicere, & consulere possit.
- B**ias, non timore, sed amore à uitijis, & à peccatis abstinere debemus.
- A**ristonymus, qui se in ludis exercet, à labore, qui autem bene, & felicius agit, ab inuidia caueat.
- B**ias, ita uiuere homines oportere dicebat, ut per exiguum tempus uicturos.
- P**ythagoras sapientiam esse murum, telum & fortitudinem, sapientis dicebat.

Ex thalete de eo quod satis est.

Quemadmodū bonū hystriōnē personā quam cū poeta induit, bene sustinere oportet, sic & bonum uirum, quam sibi fortuna accommodauit, etem ipsa (ut Bion

dixit interdū primariū, interdū secundariū partiū, interdū regis, interdū tibiānis personam dispensat, ne uelis igitur cū secundariū partiū personā agas, primariū tibi uendicare.

Aristoteles, felicitatem nō in multis possessionibus, sed in animi bona habitudine sitam esse dicebat, etenim ut neq; corpus splendida ueste ornatū, dicit quis esse beatū, uerū bene affectū, & bona ualitudine corroboratum, sic diu par est & de anima crudita, talem. n. uirū appellabimus felicem, qui nō uel stibus sit ornatus, sed qui dignus, nam neq; equum malū & incertum phaleris aureis ornatū, propterea dignū & bonū putabimus.

Chrysippus stoicus dixit mentem esse sermonis fontem.

Socrates interrogatus, quid esset prudentia, respondit animi concinnitas.

Idem interrogatus, quod maximum esset in minimo corpore, respondit, bona mens.

Petriander interrogatus, qui prudentes sunt? dixit non facile delinquentes, & peccantes.

Herodotus, o rex idem esse apud me iudicatur, & bene sapere, & bene dicenti obtemperare.

Pythagoras, Satis omnes homines pro confesso habere prudentiā summū bonum, sed hoc bonū paucos possidere.

Socrates, ut qui nauigant secundis uentis, accingunt se, et præparant aduersus tempestatē, sic & prudentes in felicitate constituti aduersus malā fortunā se præparant, & disponūt.

De Insipientia & Imprudentia.

Menander, si quis perperā disponit, quod in uita sortitus est bonū, imprudens, et stultus nō bonus appellandus est.

- D** emosthenes rhetor, cum ineptum populi gubernatorem
ualde clementem, conspexisset, inquit, nō magnum, bene est,
sed bene, magnum est.
- B** ion dicebat grāmaticos de Vlysis errore inquirentes, pro-
priū nō exquirere, neq; inspicere, in eadem re multos quoq;
errare, qui arā inutilia, & nullo pretio digna tanopere
laborent.
- C** rates, homines stultos terebellis comparabat, ut enim illa per
se nihil agunt, sic & stulti nisi neccēssitate cogantur, nihil opor-
tune faciunt.
- P** lato dicebat eos q corpora exercent, et animā negligūt, nihil
aliud facere, q imperantē negligere & imperatū curare.
- D** iogenes dicebat, homines summa cura, que faciunt ad uiuen-
dum perquirere, sed que ad bene uiuendum conducant, ni-
bili impendere, & negligere.
- I** socrates, peregrini, & aduene in uijs, indocti, & rudes in
rebus errant.
- I** dem, Proteus forma, imperitus animo in una quaq; re uaria-
tur, & mutatur.
- D** emades, athenienses tibianibus similes esse dicebat quibus si
quis linguam auferat, rationis nihil relinquit.
- T** heocritus elementorum præceptori male docti, dixit, cur
geometriam non docēs illo respondente, nescio & quid hoc
inquit cum legere etiam nescias.
- D** emocritus, gloria, et diuitiæ sine prudētia, nō tutæ possessiones
S ocrates cōspecto diuite adolescentulo, & inerudito, ecce inquit,
aureum manāpium.
- B** ion interrogatus qd esset demētia, dixit felicitatis impedimētū

- S tilpon interrogatus quid esset statua fortius? dixit, homo animo stupidus.
- E usebius, stulti habendi sunt qui pecuniosos, & malos honorant, studiosos aut, & uirtute praeditos despiciunt.
- S ocrates, ut incontinentes & intemperati, in egrotationibus, sic dementes in aduersis immediabiles sunt.
- A riston chius, eos qui disciplinis circularibus, neglecta philosophia, inuambant, Penelopes proas comparabat, qui à Penelope sprete, ad pedissequas se uertebant.
- S ocrates, ut timidus contra seipsum arma fert, sic stultus pecunias possidet.
- I dem, duo sunt genera stultitiae, alterum est dementia, & furor, alterum uero imperitia, & ruditas.
- S ocrates, aegroti dicta, et stulti felicitas multum habet morositatis.
- I dem, ut in conuiuium uinum austerum non est desiderabile, sic in societate, et consortio rusticus non est admittendus, & expetendus.
- C leantes ineruditos solum forma à bestiis differre dixit.
- S ocrates, tonitrua pueros, minae stultos perterrefaciunt.

De Temperantia.

Heraclitus, uir uino madidus, et titubans ab imberbi puero ductus animam habens madidam, quo uadat non intelligit, anima igitur sicca sapientissima & optima est.

Xenocrates, missis sibi ab Alexandro pecunijs, suo more, qui eas tulerunt, ad prandium acceptis, nuntiate Alexandro inquit, donec ita uixerem quinquaginta eius talentis (tot. n. erant pecuniae ab Alexandro misse) me non indigere.

P lato, liberorum mulieres quolibet anno quicquid texunt, in

comune conferunt, uiri aut iudices, quæ plurimū texunt, eam
honore maximo afficiunt, habent etiā, et zonæ mensuram,
quæ si earū uentrē capere nequeat, magno uitio et pbro dat.
T hucydides, adolescentulo dicente magnum quid esse, quæ
quis cupiat posse consequi, multo magis est inquit, quæ deo
deceant, non affectare.

A eschines, modesti et tēperati uiri uitam ita puram et syno-
eram esse oportet, inquit, ut ne turpitudinis quidem suspicio-
nem de se præbeat.

D emosthenes, non omnem uoluptatem, sed honestam tantum
dixit esse eligendam.

I dem, iustus, et bonus amor, sine iniuria honesta expetit.

I dem, malū nullū homini potest accidere, qui sapientiæ funda-
menta temperantiam, et continentiam icērit.

S ocrates, quemadmodum Sirenes, sic uoluptates cum præte-
rire oportet, qui ad uirtutem, ut patriam festinat.

E pichetus, si uis bene audire, discere bene dicere, cum uero bene
dicere didiceris, bene facere pro uiribus nutre, ita si feceris,
ut optas bene apud omnes audies.

I dem, tecū examina utrū diuitē te, an felicē esse uelis, si quidē
diuitē, scito neq; bonū, neq; in te esse, nā hoc mutuo ad tem-
pus, felicitatem uero ex nostra electione habemus,

I dem, castiga animi motus, et perturbationes, ne quandoq;
ab ipsis castigeris.

I dem, nō paupertas tristitiā, et dolorē creat, sed cupiditas,
neq; diuitiæ nos à timore liberant sed ratio, quæ cū sis prædi-
tus, ne diuitiarū cupiditatē, et paupertatē, sed teipsum accusa.

I dem, trifariam eū, qui tecū uersatur, prudenter examina, aut

ut maiorem, aut ut minorem, aut ut parem, & equalem, si maior, ei obtemperandū est. si minor, non obtemperandū, si equalis, pari modo cum eo te geras, neq; te præponens, neq; summittens, ita si feceris, æquabiliter cum eo uiues, & in contentionem nunq̃ uenies,

dem, si cupis bene, et sine perturbatione domū habitare, Lyargus tibi imitandus est, ut. n. ille non mœnibus urbem, sed uirtute habitatores muniēbat, & liberam ciuitatē custodiebat, sic neq; tibi magna aula edificāda, neq; turres altæ exedanda, uerū habitatores beneuolentia, amicitia, et fide firmandi, & muniendi sunt, ita si statueris, calamitas nulla ipsam ingreditur.

dem, nō tabulis, & picturis, sed temperantia, & bonis moribus domus ornanda est, tabularū. n. & picturarū uarietas, oculorū est ad tempus oblectatio, temperantia autē delectari nō potest, et perpetuum domus est ornamentum.

dem, quē admodū lupo canis similis est, sic adulator, adulter, et parasitus amico persimilis, caue igitur ne p canibus custodibus imprudens lupos rapaces in domū intromittas.

dem, ut turpi uoluptate, auaritia, & superbia nihil est peius, atq; deterius, ita magnanimitate, mansuetudine, & humanitate nihil prius, & melius.

dem, melius est cum paucis intrepide uiuere liberum, q̃ cum multis seruire seruitutem.

dem, quicumq; seruire reusit, seipsum prius seruitute propria liberet, erit autē liber, cupiditate solutus, neq; n. Aristides, neq; Epaminondas, neq; Lyargus diuites, & cupiditate seruī, alius iustus, alius deus, alius liberator, appellati sunt.

issent, nisi pauperes gratiam seruitutis iugo liberaissent.

D emetrius phalcræus, mēsurā in rebus oībus res optima	
Parentes cole.	Cum uxore ne litiges.
Bene te habe, & corpore, & animo.	Amicos ne cito faciās, quos autē feceris, ne cito reiicias.
Libenter audi, sed pauca.	Sermones silentio tanq̃ sigillo obsigna.
Libenter discē.	Consule cūibus, non inuanda, sed optima.
Linguam moderatam custodi.	
Iniustitiam odio prosequere.	Cum malis ne uerseris.
Quod est uirtutis proprium pietatem cole.	Tuis mitē, & facilē te presta.
Cūibus bene consule.	Chilon, cognosce teipsum.
Linguam tempera.	Cum biberis ne multa loquaris, peccabis. n. & errabis.
Violenter nihil agas.	Liberis ne mineris.
Filios erudi.	Inhonestum uicinis ne maledicās, nam si maledixeris, aut dies que nolles.
Inimicitias dissolue.	
Inimicum populi proprium hostem puta.	Ad coenas & prandia amicorum tarde accede, ad infortunia cito.
Ne nimis sapere uelis.	Seniorem uenerare.
Seruus ebrios ne castiges, ne et ipse uinolētus esse uidearis.	Hominem curiosum, et alienum curantem, odio persequere.
Vxorem ex similibus duas, nam si ex potentioribus, nō affines, sed dominos hēbis.	Iacturam elige potius, q̃ turpe lucrum.
Solon, Nihil nimis.	Male agenti & infelici ter,
Voluptatem fuge, ipsa enim tristitiam parit.	

ne insultes.
 Iram tempera, ne optes, quæ
 sunt factu difficilia.
 Pittacus, amicorum presentium
 & absentium memento.
 Ne malis diuitias quæras.
 Difficile est bene cognoscere.
 Res suauissima consequi quod
 desideras.
 Orosus ne sis.
 Thales, Opportunitatem co-
 gnosce.
 Quod factururus es, ne dicas,
 nā nō affectus derisui eris.
 Idoneis uere amias.
 Ne male dicas.
 Difficile scire futura.
 Terra fida, infidum mare.
 Ama doctrinam.
 Temperantiam serua & prus-
 dentiam.
 Veridicus esto & fidelis.
 Experientiam obserua.
 Dexteritatem custodi.
 Ama societatem domus, dispen-
 sationis, & artem.
 Bias prieneus, plures mali,
 quam boni.

Si pulcher es, pulchra fac.
 Si turpis, naturæ uitium corrige,
 & emenda.
 Exerce probitatem.
 Tarde aggredere, quod autem
 aggressus fueris, confirma.
 Fuge cito loqui, ne fatuus sis.
 Prudentiam ama.
 Vbiq; dic, deum esse.
 Audi multa.
 Loquere opportuna.
 Pauper ne diuites increpes.
 Virum indignum propter di-
 uitias ne laudes.
 Cum bonū aliquid feceris deo,
 non tibi tribue.
 Acquire iuuenis felicitatem se-
 nex sapientiam.
 Habe in opere memoriā, tem-
 pore cautionē, moribus ge-
 nerositatem, diuitijs amicia-
 tiam, sermone persuasione,
 silentio ornamentum, mente
 iustitiam, audacia fortitudi-
 nem, actione uires.
 Periander, lucrum turpe, na-
 turæ accusatio ac criminatio.
 Status popularis melior tyrāde

Voluptates mortales, uirtutes
immortales.

In felicitate serua mediocritas
tem, in aduersis sis prudens.

Melius mori parum, quam
tem indigere.

Sermones arcanos ne reuelas.

Sofiadis septem sapientum præcepta.

SEquere deum.

Legibus paræ.

Parentes uenerare.

Impera tibi ipsi.

Amiâs opitulare.

Impera ira.

Prudentiam exera.

Iureiurando ne utaris.

Neminem uitupera.

Lauda uirtutem.

Fac iusta.

Amiâs bene uelis.

Inimicos ulciscere.

A uitijs abstine.

Propria custodi.

Alienis abstine.

Audi omnia.

Amiâs gratificare.

Tempori paræ.

Respice futurum.

Inuiriâ odio habe.

Filios erudi.

Dolum time.

Benedic omnibus.

A cæde abstine.

Philosophus fias.

Quæ assequi possis exopta.

Sapientibus utere.

Mores experire.

Quod mutuo accepisti redda.

Arte utere.

Nemini inuideas.

Criminationem odio prosequere iuste.

Bonos honora.

Pudorem serua.

Iusta iudica.

Incorruptus proba.

Dic sciens.

Cum æqualibus benigne utere.

sare.

Linguam tempera.

Responde in tempore.

Inimicitias fuge.

Arana ne dicas.

Periclitare prudenter.

Oportunitatem cape.

Pro patria mori ne timeas.

Benedicere exerce.

Mortuos ne iniuria afficias.

Socrates, uita est sicut organum, quæ remissione, & intentione
condannata fit iucundior.

Idem, neq; equo sine freno, neq; diuitijs sine ratione, tutò uti
possumus.

Idem, thus dijs, laudem bonis tribuere decet.

Euripides, timidis fortuna non suffragatur.

De Veritate.

Plato, dicere solebat, omnium quæ audiuntur rem suauissimam esse ueritatem.

Palemon asseuerabat, multo suauius esse dicere uera quàm audire.

Apollonius dixit, mendacium esse serui, ueritatem ingenui.

Pythagoras interrogatus, quid faciunt homines deo simile, dixit, uera dicere.

Magi affirmant, maximū deorum, quem Orimagden uocant, corpore hominī esse similem, anima uero ueritati.

De mendacio.

Herodotus dixit, ubi est opus dicere mendacium dicitur. Charemon, mendacia fortes, & bonos uiros nō decet.

Themistius, mentiri promptissimum sæpe peccantibus.

Thales milesius interrogatus, quantum distet mendacium à ueritate, respondit, quantum oculi ab auribus.

Theophrastus uir chijs, senectute iam confectus, Lacedæmonē
uenit, uir alioqui gratosus, sed senectute grauabatur, ob idq;
canos tinctura occultare conabatur. Cum ea igitur pro qbus
uenerat, exponeret. Archedamus uir in loquēdo satis liber.
Quid hic ueri dicere potest, inquit, qui non solum anona men
dadum, sed etiam capite circumfert.

De libertate loquendi siue audacia.

Demosthenes, Philoxenus missus olim à Dionysio ad la
tomias, q, eius poemata contempsisset, reuocatus ad eorū
auditionem, cū ad certū tempus expectasset, surrexit abi
turus, interrogante Dionysio quō nam abiret, ad latomias
respondit.

Diogenes dicebat canes quidē ininiās allatrant, ut eos morde
ant, at ego amias, ut eos aurem, & sanem.

Demosthenes, nullū maius malum, & infelicitatem liberis ho
minibus accidere posse dicebat, q̄ libertate loquendi priuari.

Diogenes, attico uiro cū accusante, q, cū lacedæmonios magis lau
daret, apud illos tamen nō degeret, dixit, non enim medicus
sanitatis curator, inter sanos moratur.

Democrates cū furē à decēuiris in carcerē duā uidisset, miser,
inquit, cur parua, et nō magna furatus es ēut tu alios dueres.

Cum quidam Hyppocratem, ut ad Xerxem solueret hortat
retur, bonum regem esse affirmans, non indigeo bono do
mino respondit.

De Parsimonia.

Theopompus, si quis plurima bona possideat, & anxio,

et perturbato animo traducat uitam, omnium est eorum,
qui sunt, quiq; erunt, miserrimus.

Democritus, parā homines, apīs uitam agunt, laborantes
et operantes, ut semper uicturi.

Menander, multo melior res est, manifestus amicus, quā di-
uitiæ occultæ.

Anaphon, sunt quidam, qui præsentem uitam non uiuunt, uerū
multo studio, tanquā alteram uicturi laborant, interim eos
tempus semper fluens, et uolans deserit, atq; deāpit.

Theocritus dicebat, multos diuites curatores esse, non dominos
pecuniarum.

Picius, semel nati sumus, bis non est nasci, tu cum crastini
diei nō sis futurus dominus, ne proroges tempus uiue hodie.

De patientia.

Demosthenes, quodam ei conuiuante, dixit, non desendō
in certamen, in quo uictus uictore est melior.

Plato, conuiuante in eum quodam dixit, maledic quoniā bene
dicere, non didicisti.

Aristippus in eum quodam conuiuium iactante, dixit, male di-
cendi tu dominus es, at ego audiendi.

Pythagoras magnam doctrinam, existima per quam poteris
ferre ignorantiam.

Pitacus iniuria à quodam affectus, potestatemq; puniendi ha-
bens, impie abire permisit, dicens, uenia supplicio est me-
lior, hoc enim mitis et mansuetæ naturæ est, illud uero fe-
rine, et trualentæ.

Musonius, Dionis academico à Symposio reuertenti, quidam ma-

ledicabat, & maledicentia in eum nihil relinquebat, ingre-
dientiq; iam domum conuiuator dixit, & quid tu non mihi
respondes? ad quem Dion, ne uerbum quidem fecit.
E uripides, duobus qni inter se alterabantur, & cōuiabantur,
dixit, qui uerbis & conuiijs parat, sapientior.

De ira.

PLato, olim cum seruorum uni iratus, gratiam dijs habere
iussit, q; iratus esset, nam nisi esset iratus, omnino suppli-
cio fuisset affectus.

Anthon, iratus non est quod bene discernat, ira enim homi-
nis corrumpit mentem.

Plato seruo irascens, & instante Xenocrate, ut eum caperet,
& uerberaret, non inquit, quia irascor.

Herodotus in auribus hominum animum inhabitare dixit, qui
si bene audit, delectatione corpus replet, sin male tumescat,
& conat.

Aristippus Cyrenaeus cum hominem iratum, & uerbis nimis
asperis utentem conspexisset, dixit, ne sermones cum ira ha-
beamus, uerum sermonibus iram sedemus.

Democritus, omnis conuentio stulta, noxamentum enim & dan-
num contra iniuriam intuens, ppriam utilitatē nō respiciat.

Naucrates sapientem iracundum persimile quid lucernis pati
dixit, etenim hae copia olei non lucem, sed flammās fundunt.

Cato senior dixit, hominem iratum à furioso solum tempore
differre.

Plutarchus, quaecunq; irati faciūt, hae necesse est, caecā, & stultā
esse, & ab scopo, & signo aberrare, non enim facile est irā

tum hominem ratione uti, quod autem sine ratione geritur, id totum suae arte, & peruersum est, ratione autem duæ sic agredi res in uita oportet, ut ira omnino absit.

Aristoteles, ut finis oculos offendit, & quod iacet ante pedes uidere non sinit, sic ira, rationem obumbrat, & quod ex ea sine labore prouenturum est, non permittit mente capere.

Cognosce teipsum.

EX historia Aeliani cum in Cheronæa athenienses Philippus uisisset, elatus re bene gesta, rationem secutus, uictis non insultauit, sed cum quid posset felicitas, & quam difficile esset letitiâ temperare animaduertiret iudicauit necesse esse, ut puer sibi mane in memoriam redigeret, Philippe homo es.

Ex Aristote, Heraclitus cum esset iuuenis, ea re tantum omnium est habitus sapientissimus, quod seipsum nihil scire cognoscebat. Demonax interrogatus quo tempore cepisset philosophari, dixit, quo meipsum cognoscere cepi.

Theocritus interrogatus, quare non scriberet, respondit, quia, ut uolo, non possum, ut autem possum nolo.

Bias, contemplator tanquam in speculo actiones tuas ut eas, quæ sunt pulchræ, & honestæ, ornes, turpes autem occultes.

Chilon interrogatus quid difficillimum esset, cognoscere seipsum dixit, multa enim præ amore proprio unusquisque sibi tribuit.

Cognosce teipsum, tanquam prouerbum acapi Theophrastus in libro de prouerbis testatur, multi autem Chilonis Apophthegma esse affirmant, Clearchus autem à deo Chiloni fuisse dictum affirmat.

Aelianus, Socrates, Alabiadem ob diuitias, facultates & agros multos, quos possidebat tumidum, atq; supbientem in quendam urbis locum duxit, ubi inspecta tabula, in qua terræ per riodus depicta erat, iussit atticam regionem in ea inquirere, ut dixit se inuenisse, iussit & proprios agros inspicere, at illo dicente in nulla parte depictos se inuenire, his igitur superbis inquit, qui in nulla parte terræ sunt.

Socrates interrogatus, q̄ sordidi, et mechanicæ homines essent, dixit, qui similes contemnuunt.

Phaenicius, neq; propter teipsum superbas, neq; teipsum contempseris.

Hippothenes, cum sis natus homo, memento communis fortune & si rex natus es, ut mortalis audi.

Socrates, utres uanos, & folles uentus inflat, stultos uero tumor & superbia.

Antiphon, uidetur mihi o Cyre difficilius esse inuenire hominē, qui bonam fortunam moderate ferre sciat, q̄ malam, nam illa iniuriam multis, hæc temperantiam omnibus præstat.

De amore proprio.

Diogenes, qui opportuna loquuntur, & seipsos non audiunt, lyras, quæ suauissimū sonum emittunt, & seipsos non sentiunt, iniuriuntur.

Plato, cum aliquos deridere uelimus, nos metipsos prius inspicere, & contemplari consulebat, nunquid eisdem sinus obnoxij? nam amor proprius multa in nobis uitia occultat.

Apollonius, multi homines propriorum delictorū, & uictorū sunt patroni, alienorum autem accusatores.

Plato à seipso aliquem deâpi omnium diffiallimum dicebat,
quando ne minimum quidem absit, sed semper sibi adsit.

Euripides, omnes ad monendum sumus sapientes, ipsa at delicta
nostra non cognoscimus.

Socrates dicebat, si quis in theatro proclamaret ut calceolarij
surgant, illi soli surgent, eodẽ pacto id genus artifices, si uero
ut prudetes, & iusti omnes simul surgent, que res maxime
uitam humanam lædit, ut qui re ipsa stulti sunt, prudentes
& iustos se existiment.

Socrates, emulare non multa possidentes, sed eos qui nullius
sceleris sibi sunt conscij, nam si ita te gesseris, tranquillissime
uitam traduces.

Aesopus inuicemq; duas manticas ferre dicebat, alteram post
tergum, alteram ante pectus. In ea que est ante pectus delicta
aliorum, in ea uero que est post tergum propria ferre affirma-
bat, ob eam causam nostra delicta non cernimus, aliorum
uero semper ante oculos habemus.

Socrates, nihil eorũ quæ possides, quæq; facis quæq; factururus,
occultaueris, nam in his, quæ occultantur, timores multos
esse, necesse est.

Euripides, Horestæ infelix, qui te morbus perdit? conscientia,
conscius enim sum grauiæ, & iniquæ, fecisse.

Antiphon, nullius sceleris in uita esse conscium, magna uolun-
tas est.

Pythagoras, grauiora mala patitur conscientia tortus, q̃ sup-
plicij affectus.

De obliuione.

C 14

Aristoteles, o ueneranda malorum obliuio, q̄ es sapiens,
& male agentibus, & infeliabz optanda dea.

De iureiurando.

Antiphon, qui prauo, & malo uiro iusiurandum dat (ut
puto) furit, & insenit, nam hac tempestate dij nō eum,
qui p̄cierarit, sed qui iusiurādum dederit, supplicio afficiunt,
& iuste (ut existimo) qui i credidit.

Alexis, prudentē nō iurābz, sed rebus ipsis oportet credere.

Lycargus, ferendum est auxilium amicis & domesticis, atq̄
tamen periurium.

Isocrates, diuinarum rerum causa iurabis, uel ut te turpi causa li-
beres, uel ut amicos ex magnis periculis eripias, causa autem
pecuniarū nullum unquam deum iurabis, neq; etiam si uera
dicturus sis, uideberis enim alijs p̄ciere, alijs pecuniarum
gratia iurasse.

Democritus, mali necessitatibus coacti, que iureiurando pro-
mittunt, si euaserint, non seruant.

Callimachus, iuramentum uenerum, neq; firmū, neq; stabile
habendum est.

Euripides, dare ueniam illis deos putamus, qui mortem uin-
cula & ex hostibus uiolenta mala iureiurando effugerint.

De industria & exeritatione.

Theodectus, laborandum, & insudandum est ei, qui ad
laudem cum gloria peruenire cœpit, pigritia enim & se-
gnities, subitam primo uoluptatem, deinde tristitiam, & do-
lorem solet parere.

D emosthenes, labores sponte suscepti, inuitos faciunt leuiores.

I dem, labor assiduius, et continuus consuetudine fit leuior.

D emocritus, plures exeritatione boni, q̃ natura sunt.

T asius hermioneus interrogatus, quid esset sapientissimum? dixit, experientiam.

X enophanes, nullam gloriam amabat, pro qua prius non laborasset.

C yrus, neq; prandebat, neq; cenabat, anteq̃ sudasset.

P ythagoras dicebat, nihil esse neq; artem sine exeritatione, neq; exeritationem sine arte.

A pollonius, non natum esse, nihil, natum esse, labor.

L ampis naucleus interrogatus, quo nam modo diuitias acquisiuisset, nō cū difficultate magnas, sed cū labore paruas dixit.

D emosthenes, interrogatus, quo modo in arte dicendi ceteris praestitisset, plus olei q̃ uini absumendo dixit.

D emades interrogatus, qui fuisset eius praceptor, Atheniensium tribunal inquit, demonstrans hac re rerum experientiam omni disciplina esse praestantior.

P ythagoras, socios monebat optimam uitam esse eligendam, etenim quis laboriosissima sit, eos consuetudine facturos suauissimam.

S ybarites quidam ad Laedemonios profectus, moribusq; et laborum tollerantia, q̃bus à pueris innutriuntur perspectis, neniūq; admiratione dignū eos facere affirmavit, si in bello (ne ita uiuant) moriantur.

D ionysius, Laconico coco à se empto, Laconicum ius sibi apponi iussit, à quo cū abstinuisset, interrogauit, quare cū sit insuauissimū, eo Lacones ita delectentur? respondit hoc non ha-

habere condimenta, quæ ius laconicum, ppter ea sibi insuauis
uisum, at ille, quæ sunt ista condimenta? respondit coctus, las-
bores ante cœnam.

Nidas, adeo labori nulli paræbat, ut sæpe seruos interrogaret,
pransus, an lauisset?

De pudore.

Pythias Aristotelis filia interrogata, quem ex coloribus
putaret pulcherrimum, respondit, qui ex pudore pro-
uenit liberis.

Democritus rem turpem etiam solus, neq; dixeris; neq; scæris,
sed discere magis ex te quàm ab alijs pudorem.

De impudentia.

Menander, o maxima omnium, licet enim te deam appella-
re, nam tu nunc regnas, & ubiq; dea existimaris,
& putaris.

Herodotus, mulier simul cum ueste exiit pudorem.

De silentio.

Xenocrates, cum singulas diei horas actionibus singulis
distribueret, silentio quoq; suam assignabat.

Simonides, dicebat nunquam se silentij poenituisse sermonis au-
tem sæpe.

Idem, multa cura habenda est, ne loquamur quæ non deam,
nam ineruditi est tacenda loqui.

Dion, putatis o Athenienses me ignorare rem tutam esse su-
bertium?

Menander, o puer tace, nam multa bona habet silentium.

Athenodorus, silentium est sine periculo minus. Melius est tacere, quam frustra loqui.

Quidam ad Cleantem inquit, cur taces? atqui res uicunda est amias disputatio, & consabulatio suavis, respondit Cleantes, uerū quāto suauior, tanto amias ab ea magis recedendum est.

De loatione opportuna.

Pythagoras, oportet tacere, uel silentio meliora dicere.

Idem, silentium tempestiuum, uel utilem sermonem habet.

Idem, magis eligendum est lapidem temere, & frustra proijcere, quam sermonem oiosum.

Cleostratus dicenti non te pudet esse ebrium? respondit, & te ebrium admonere.

Solon interrogatus à Periandro in mensa (tacebat enim Solon) utrum esset à sermonis raritate, an ex fatuitate silentiū? respondit, non est fatuus, qui in symposio tacere potest.

Quidam ex adoleſcētulis quersabatur cū Diogene interrogatus ab ipso (tacebat enim) at Diogenes inquit, nō putas eiusdē esse quę sunt dicenda, & quādo, & quę tacenda, & apud quem? **S**olon, sermones silentio, silentium tempore obſignandos esse monebat.

Socrates, duo sunt tempora, quibus sine reprehensione loqui licet, alterum cum de his, quę necessaria sunt, dicendum est, his tantum temporibus silentio sermo est melior, in cæteris tādurnitas sermoni præferenda est.

De breui loatione.

L Yurgus ad eum qui dicebat, quare Laedemonij loquendi breuitatem exerceant? quia ea prope silentium est inquit.

De garrulitate.

ZENO adolescentulū plura loqui, quā audire uolentem, ita monuit, adolescentule natura nobis linguam unam, & duas aures tribuit, ut plura audiremus, q̄ loqueremur.

PLATO (Antisthene olim in cœna prolixius loquēte q̄ par esset) ignoras inquit, sermonis mensuram non esse eius, qui diat, sed qui audit.

THEOCRITUS, cum Anaximenes dicturus esset, inquit, inapit dicticnum flumen, mentis autem gutta.

ISOCRATES rhetor, Carone uiro loquacē, & garrulo querente sub eius disāplina erudiri, duplicem petijt mercedem, at illo causam rogante, respondit, alteram ut loqui, alteram ut tacere discas.

DEMOCRITUS interrogatus quid esset loquaatas? impudentia est inquit, omnia uelle dicere, & nihil audire.

De bonitate.

L YURGUS legum lator auctoritatem diuitijs, fidem moribus constare dixit.

ARISTIPPUS interrogatus quid esset admiratione dignum in uita, dixit, uir probus, & modestus.

SAPIO polybij præceptum seruans, non prius ex foro, q̄ sibi alij quem amicum comparasset exibat.

ALEXANDER cū ænium talenta dono Phodoni mitteret, interrogatus ab his, qui ea ferebant, cur cū tot essent Athenienses,

Phodoni soli hæc traderet: respondit, quia ex Atheniensibus
neminem præter ipsum probum, & bonum iudico.

Themistocles uenditurus prædium, iussit proclamari se bo-
num uianum habere.

Demosthenes olim in condonē cū Phodonem uenientē uidisset,
dixit, ecce malleus, & mucro orationis meæ uenit, annuens
nō tantū orationē, quantū mores persuadere posse.

Democritus ait quibus mos est bene compositus, his etiam &
uita composita est.

Ex Nicolai scriptis, Præsijs populi uianos si peste uexentur,
nutrunt, Thyni naufragos benigne suscipientes, sibiq; amice
aita conant, peregrinos ad se sponte commeantes plurimo
honore afficiunt, inuitos uero supplicio.

Demosthenes, bonum esse, longe clarius est, q̄ multas pecunie
as possidere.

De Inuidia.

Theophrastus dixit, malos homines non sic proprijs bo-
nis letari, q̄ alienis malis, & incommodis.

Hippias, duo esse inuidiæ genera, dixit, alterum iustum, quod
malis, & prauis hominibus honore affectis dolet, alterum
iniustum quod bonis inuidet, sed hoc duplici supplicio affici-
tur, plectitur. n. nō solū proprijs malis, sed etiā alienis bonis.

Eusebius, uero bono, & bene agenti, dixit, si quispiam inuideat
at reipublicæ toti, & sibiipsi inuidet.

Theophrastus, in eo inuidi homines cæteris sunt infeliciores,
q̄ hi proprijs calamitatibus solum dolent, illi autem suis, &
alienis perpetuo tristantur.

Socrates dixit, inuidiam esse animæ uicem.

Bion, cum uidisset inuidum ualde incuratum, dixit, huic aut magnum malum accidit, aut alijs magnum bonum.

Nicomachon, laboriosum & difficile est in uita, inuidorum oculos effugere.

De Patria.

Timotheus Athenicusū imperator, cū cōmilito quidam ei dixisset, nunquid patria nobis pro re bene gesta gratias habebit? respondit utinā nobis sit facultas, ei dignas referre.

Aristides interrogatus, quid maxime eū angeret? dixit, patriæ probum, quæ male audit ob meum exilium.

Seriphius quidam, cum sibi rei publicæ suæ tenuitas ab Atheniensibus uitio daretur, dixit, mihi patria uituperio est, uos autem patriæ.

Vxor, Aristidi uersanti circa respublicas dixit, utinam propria, communia, & communia propria existimares.

Chrysermus in secundo rerū persiarū, Persis uastantibus Græciam, & iam oībus attonitis perturbatis, et perterritis, Pausanias Lacedæmoniorū dux à Xerxe corruptus quinquaginta talentis acceptis, patriā proditurus erat, sed ex eius epistolis interceptis res palam facta, negotiū omne detexit, quo audito Agésilæus pater filiū usq; ad Mineruæ templū p̄secutus est, ac templi ianua lapidibus obstrusa, unā cum uxore templi ingressum tandiu custodiuit, quoad patriæ proditorem fames absumpsit, quem inde mater cum extulisset, ultra fines patriæ proiecit.

Demareatus, Athenienses cum aduersus Eumolp̄um Thracum

regem bellū gererent, Erechtheus atticæ præfectus, se hostes uicturū ex oraculo acceperat, si ex filiabus maximam natu Proserpinæ sacrificaret, ille Athenas reuersus, & uxori Thrasitheæ Apollinis oraculo exposito, filiam ad altare ductam sacrificauit, deinde cum hoste congressus, uictoria potitus est.

De Peregrinatione.

Democritus sapiētī uiro omnis terra peruiua, bonæ enim animæ inuēsus orbis patria.

De Arcanis.

Aristoteles interrogatus quid difficiillimum esset? dixit, tacere, quæ non sunt dicenda.

Socrates dicebat homines facilius lingua ardentem carbonem continere posse, q̄ arcuum sermonem.

Socrates, diligentius, & fidelius sermonum, q̄ pecuniarum deposita seruanda esse dicebat, deat enim bonos uiros iurando fideiiores habere mores.

De Calumniis.

Pelopidas, milite forti apud se criminato, q̄ male de eo sentiret, et oblocutus esset, dixit, ego quidem ipsius opera uis deo, uerba autem non audiui.

Menander calumniam contemnere non oportet, ne falsam quidam, nihil enim calumnia peius, clam decipiens credentes, odium immerentibus conflat.

de, quicūq; calūnijs auro fidē adhibet, profecto & ipse ut mor

ribus malus sit, et puerilem mentē habeat, necesse est.
Demosthenes, calumnia tempore, & occasione ualidam suspitionem, et opinionem facit audientibus, deinde paulatim omnium est debilissima, & infirmissima.

De Republica.

Pythagoras dixit, primum ingredi in urbes, Delicias, deinde Satietatem, tertio Iniuriam, demum Pernidem.
Idem, omnium ciuitatum esse optimam dixit, quæ optimos uiros habeat.

Petriander interrogatus, quare non deponeret imperium, dixit, quia ui, & necessitate imperanti, & sponte deponenti periculum imminet maximum.

Solon dixit, cum illa ciuitate præclare, & optime agi, in qua boni uiri honorentur, & mali puniuntur.

Carolus rex interrogatus, quare Lycurgus paucas tulisset leges, respondit, qui paucis utuntur legibus, non indigent legibus.

Theophrastus dixit idem esse periculum iurenti dare gladium, & malo potestatem.

Zeno dicebat non operibus, aut oblationibus, ciuitates esse ornandas, sed uirtutibus illorum, qui eas habuant.

Thucydides dixit ubi uirtuti honor, & præmium tribuitur, ibi rempublicam uiri optimi gubernant, & administrant.

Pythagoras ait, eam esse omnium urbium optimam, quæ melius optimos uiros alit.

Bias dixit eam esse rempublicam in qua ciues Leges timent, ut tyrannos.

Thales dixit eam ciuitatem ceteris præstare, quæ ciues nequitia

nis diuites, neq; nimis pauperes habet.

P^{er}icander, cum ea ciuitate præclare agi inquit, in qua omni-
bus æqualibus uirtus res optima, & uuluum pefima iudica-
tur & habetur.

C^{le}obolus in ea republica cum populo optime agi dixit, in qua
ciues probrum magis, q̃ leges timent.

D^{em}osthenes rhetor dixit, ciuitatis animam esse leges, ut enim
corpus anima priuatum cadit, & stare non potest, sic & ci-
uitas si leges abfint, ruit.

A^{el}schylus, praua hominis natura magnam. potestatem nacta,
magnas in ciuitatem induat calamitates.

D^{em}ocritus, paupertas in republica ea beatitudine qua in ur-
bibus potentes & primates fruuntur, tanto est magis expe-
rinda, quanto libertas feruitute est præstantior.

I^{de}m, mali ad honores accedentes quanto magis indigni fuerint,
tanto magis negliguntur, & stultitia et temeritate intumescunt.

P^{er} lato, si quis maiora det minoribus, relictæ mediocritate, ut na-
uigis uela, corporibus abum, hominibus imperia, peruer-
tuntur certe omnia. Nauigia ad scopulos offendunt, corpora in
morbos inadunt, homines ad iniustitiam declinant.

I^{de}m, leges bonorum causa late sunt, non ut ipsi alijs inferant
iniuriam, sed ne ipsis iniuria inferatur.

P^{er} isebius, reuerentia & honor debitus his qui imperant ex-
hibitus, conseruiat omne ciuitatis ornamentum.

De Legibus & consuetudinibus.

D^{em}ocritus, melius est regi, q̃ regere stultos.

A^{el}schines, nõ ut putauit legum lator, præmeditata ora-

tionē, sed ultra moribus composita rhetorem accedere ad tri-
bunal oportet.

Idem, iustitia est conuenientia, & decencia agere, iniustitia uero
ea omnia peruertere.

Cherinides cataneus maxima iniuria & iniustitia est, deorum
contemptio, parentum uoluntaria uexatio, magistratum &
legū negligentia, et iustitiæ uoluntaria ignominia, iustissimus
& sanctissimus uis habendus est, qui honorat & cōtem-
nentes punit.

Ex Nicolao de consuetudinibus, Sauromatæ tribus diebus ad
sacietatem comedunt, mulieribus ut dominis in omnibus obe-
diunt, uirginem autem non prius uiro matrimonio coniun-
gunt, q̃ hostem interfecerit.

Caræta populi quomodoq; iniuriam inferentibus, sacris
interdiciunt, si quispiam aut nauis gubernator aberrauerit,
eum multa cum ignominia incēssentes spūunt.

Ex eodem Lycij populi magis mulieres q̃ homines honorant,
& ex matribus non patribus cognomena ducunt, filias non
filios heredes instituūt, liber apud eos fur deprehensus ser-
uus efficitur, testimonia in iuditijs non statim præbent, sed
post mensem.

Ex eodem phryges iureiurando non utuntur, nam neq; ipsi iu-
rant, neq; alios iurare cogunt, si quis uero apud eos, bouem
aratorem interfecerit, uel uas quod faciat ad agriculturam sit
furatus, eum capitis damnant.

Ex eodem, apud Byaios populos uir uiris, mulier mulieribus
imperat.

Ex eodē Alatemnij Lybia populi uelopsimū pedibus ex ipsis

- eligunt in regem, ceterorum autem iustissimum honorant.
- Ex eodem, Persæ qd' ipsis facere nō licet, nō dicunt. Siquis apud eos patrem interfecerit, nothū putant, Si rex quempiā uerberari iusserit, tanq̃ bonum aliquod ille assecutus, regi agit gratias, ut pote q̃ eius meminerit. Præterea siqui, ex eis q̃plurimos filios procreauerint, præmia à regibus accipiunt, filij aut̃ eorū uera dicere tanquam disciplinas edocentur.
- Ex eodem, Persarū reges ante sacrificia de pietate, Ante potum de temperantia. Pugnaturi de fortitudine disputant.
- Ex Sereni historia, Agathyrsi nobilissimi uiri sunt & in primis auro ornati, Mulieribus communiter utuntur, ut fratres inter se nascantur, ne domestici & familiares nati, inuidiam inter se & odium exercent.
- Ex Nicolao, apud Indos siquis debito, aut deposito fraudetur, non est iudiciū, sed qui credidit accusat ipsum, convictum manu truncata, aut oculo effosso morte mulctat. Siquis uero maxime peccauerit, tonderi à rege iubetur, tanq̃ apud illos, tonderi maxima sit ignominia, & infamia.
- Ex eodem, Atlantes populi Libyā noīa nō habent, soli orienti conuiuantur, utpote qui mala multa ostenderit. Ex filiabus optimas iudicant, quæ diutius uirginitatem conseruauerint.
- Ex eodem, Bæotij, æs alienum nō dissoluentes in forū duant, & federe iubent, deinde corbem super ipsos iniiciunt, Qui aut̃ apud eos hac corbis ignominia fuerit affectus, infamis semper habetur. Videtur hoc genus ignominie passus esse Euripidis pater, qui genere Bæotius fuit.
- Ex eodem, Aethiopes sorores maximo honore prosequuntur. Suæ sorores Reges apud eos nō sui, sed fratrū filij relinquunt.

- tur. Si uero consanguineus regnū suscepturus desit, pulcherum
 & pugnaçissimū in regem eligunt. Exercent autē pietatem
 & iustitiā. Domus ipsorū ianuis apertis celebrātur. In
 uis res expositas, nō modo nō furātur, sed ne tangūt quidē.
- E**x eodem, Aulites Libyā populi quando bellum exercent, nō
 tu pugnant, interdū indutias habent.
- E**x eodem, Lymirini populi uxores cōmunes habent, & filios
 usq; ad quinquennū ex cōmuni alunt, sexto autē in unum
 locum pueros omnes cogunt, similitudinēq; puerorū cum uiris
 comparant, et unicuiq; puerū maxime similem restituit.
- E**x eodem, Talchlees Libyā populi, apud eos si forte accidit,
 ut multi mulierem unam uxorem petant, apud futurū socerū
 cōnant presentēq; muliere illa, s. onmata inter se multa
 iactant, cui uero ipsorū mulier arriserit, ille eā uxore accipit.
- E**x eodem, Cardolibyes nullam suppellectilem præter calicem
 & gladium possident,
- E**x eodem, Piside cōnantes parentibus primitias reddunt sicut
 nos dijs soluimus. Iudiciū maximū apud eos de abiurato deo
 posito est, nam qui depositū abiurauerit, morte condemnatur.
 Si uero quis adulter deprehensus fuerit, per urbem infidentem
 asino, cum muliere statim circumducunt diebus.
- P**lato, si quis seruus liberum hominem uulnerauerit, tradat
 dominus seruum uulnerato, ut eo quoquo modo libuerit uel
 possit. Qui autem casu alium uulnerauerit, de lesione, &
 damno simpliciter satis faciat, Fortune enim nullus legum
 lator imperare potest.

De his, qui in urbibus possunt.

Aristoteles, prudentes uiros nō imperij causa, sed uirtutis in ciuitate potentes admirari, et laudare oportere dicit, ut si quando ex secūda fortuna in aduersam deciderint, eis dē laudibus eos prosequi non erubescant.

Pictetus, quemadmodum in portubus facēs per quā exiguae, splendoris multum emittentes errantibus per mare nauibus satis praebeant auxilij, sic et uir splendidus, laetus, et munificus in ciuitate fluctuante, paucis contentus, et acquiescens, magna ciuibus confert beneficia.

Demosthenes dixit, omnium difficillimum esse placere multis. **I**dem, cū duae sint uiae, quarū altera ad tribunal, altera ad inferos ducat, prudentē electurū ad inferos ducentē, dixit.

Zeleucus legumlator dixit, leges esse aranearū telis similes, si n. in eas musca, uel culex inaderit, facile detineri, sin uestpa, uel apis, tela fracta euolare, sic etiam legibus accidere.

Anisthenes interrogatus, quoniammodo ad rempub. accedendum esset, dixit, quemadmodū ad ignem, neq. nimis prope, ne comburaris, neq. nimis procul, ne frigeas.

Chrysippus interrogatus, quare nō accederet ad rempublicā, respondit, quia si male rempublicam administrabo, dijs, si bene, ciuibus displicebo.

De Agricultura.

Philon, ager iustissima possessio hominibus, ea enim quibus indiget natura, omnia abunde suppeditat, tritium, uinum, oleum, ficos, et mel.

Phauorinus, ferunt quendam coactum à patre agriculturam exerare, se ipsum suffocasse, inscripta tabella, Agricultura.

esse rem infinitam, & laboribus plenam, in qua primū ut
metamus, seminare oportet, deinde metere, ut seminemus,
res diffiallima, & que semper in gyrum uertatur, & finis
in ea nullus inueniatur.

Zeno stoicus philosophus, quodā ex familiaribus inspecto, qui
ex agri laboribus erat incuruatus, & circumflexus, nisi tu
agrum perdidideris inquit, te ipse perdet.

Euripides, pulchrum extra negocia habere pedes.

Idem, beo te senex, beo te inquā, qui tā ātra picula incognitus
traduxisti, constitutos in honoribus minus admiratus.

De Navigatione, & Naufragio.

Homerus, nihil peius mari, quod perturbat et confun-
dit homines fortissimos.

Euripides, quicūq; nauigat, aut insanit, aut mendicis est, aut
cupit mori.

Callimachus, res iucundissima ex terra prospicere mare.

De Artibus

Nillum solatium aduersæ fortunæ tam dulcē est, q̄ ipsa
ars. Mens enim ex disciplina bene constituta & com-
posita omnis calamitatis obliuiscitur.

Similus, natura sine arte non satis est, inquit.

In contrarium.

Menander qui primus inuenit artem causā abī, multos
effecit miseros, nam melius certe illi erat, qui sine tri-
stia uiuere non poterat, mori.

Antipho, quiaq; deorum primus artem demonstrauit, ille hominibus maximum inuenit malum.

De Dominis & Seruis.

Menander, si quis beneuolum seruum sit nactus, nulla possessio est illi in uita pulchrior.

Philemon, simili modo, melius est dominum iustum, et bonum esse nactum, q̃ humiliter uiuere, & male liberum.

Idem, seruo sapiente plusquam est opus sapere, nullū est onus grauius, neq; in domibus possessio peior, & inutilior.

De Venere, quæ præbet causam generationis,

Euripides, Veneri multæ insunt uarietates, delectat enim maxime, & tristitia summa afficiat mortales, utinā ipsam, cum est placida, & mitis, assequar.

Aristarchus, quiaq; mortalium Amorem non est expertus, is necessitatis legem non cognoscat.

Euripides, Amorem quiaq; non iudicat esse deum magnum, & deorum omnium supremum, aut hic rudis, & indoctus est, aut expers omnium bonorum.

Aristippus Cyrenæus philosophus interrogatus, an Amor cōcubitus causa esset, respondit, neq; ppter hoc, neq; sine hoc.

Veneris uituperium, & q̃ malus amor.

Theophrastus, Amor est immortalis cupiditatis excessus, qui uelocem habet accessum, tardum autem recessum.

Plauorinus, perturbatio quedam meū inuasit animū, ea uero quæ sit, ignoro, Amorem dicunt esse initiati. Inuide deus &

irrationalis ad infirmū te cōtulisti corpus, qd' te ferre nō pōt
abstisio à te o dæmon, cædo tibi in pugna tuus nō sum miles.

De Pulchritudine.

 **D**iogenes, scorta pulchra reginas uocabat, q. non secus ac
reginae in ueneratione sunt, et multi q̄ iubent, faciunt.
Aristoteles, interrogatus, quæ ex re pulchrorū amor ē respon-
dit, cæci interrogatio.

Plutarchus, pulchros & formosos inspicere res sanè suauissi-
ma, & iucundissima est, tangere autē & tractare eos nō sine
piado, ino ut ait Xenophon, ignis solū tāgentes adurit, for-
mosi autē & pulchri et si paul stent, inflāmant et adurunt.

Quod res pulcherrima nuptiæ.

 **L**ædæmoniorū lex pœnas statuit, unā cælibi, alterā se-
ducenti uxore, tertiā et maximā illi, qui malā duxerit.

Pittacus interrogabat quendam, quare nollet ducere uxorem,
illo respondente, si enim pulchram duxero, habebō commu-
nem, si turpem, pœnam. Non ita dixit Pittacus, si pulchram,
habebis pœnam, sin turpem, communem.

Pericles Atheniensium imperator, cum duo eius filiam uxore
rem peterent, alter diues, & indoctus, alter pauper & eru-
ditus, eruditum prætulit, affirmans meliorem esse, qui possit
diues fieri, q̄ qui est.

Democritus, qui bonum generum sibi comparat, inuenit fili-
um, qui secus, perdit filiam.

Idem, Sermo rarus ornamentum maximum mulieribus.

Theano interrogata, quid in primis deæret mulierẽ, respondit: proprio placere uiro.

Eadem interrogata, quot diebus à uiro polluta se purget? à proprio inquit statim, ab alieno nunq̃.

Eadem interrogata, quo nam mō mulier gloriosa fieret, telam texens, & proprium lectum curans, dixit.

Demades, pudorẽ in muliere, pulchritudinis arcem esse dixit.

Democritus, à muliere regi, extrema iniuria est uiro.

Quemadmodum Phocion Antipatro inhonestam actionem sibi iubenti dixit, non potes me amico & adulatore simul uti, sic & de uxore casta, & austera qua non possum uxore & meretrici abuti, considerandum est.

Theano cum uestem indueret forte cubitum ostendit, & tunc quodam dicente, ó pulchrum cubitum, uerum non publicum inquit, oportet enim non modo cubitum, sed ne quidem sermone castæ mulieris esse publicum.

Philonis uxor interrogata quare in Synodo nõ ferret aurum, respondit, quia satis mihi est uiri uirtus ornamento.

Socrates, uiros legibus ciuitatis deæt parẽre, mulieres autem maritorum moribus.

Quod bonum est habere filios.

EX Historia Sereni, mulier Lacena, Ionice auidam mulieri pulcherrimũ ornamentũ sibi demonstranti, contra, ostendit filios, dicens. Hoc, meum est ornamentum.

Diogenes, beatus qui filijs fortunatus est, & calamitatibus insignibus non doluit.

Theognides, nihil inter mortales melius parentibus habetur.

Quibusq; sancta iustitia est cura, mori pro parentibus
causa, pulchrum.

Timocleus, quicumq; patrem timet & ueneratur, hic bonus
cuius est.

Isocrates, talem te presta erga parentes, quales erga te filios
tuos esse cupis.

Homerus, nonne audis quantam gloriam apud omnes homi-
nes est consecutus qui Aegisthum parriadam interfecit?

Anaximenes, hic maxime omnium diligit patrem, qui in omni-
bus ei placere studet, quid enim sanctius, aut iustius q̄ eis be-
neficiā conferre, qui in causa fuerunt ut esses, et bene esses.

Plato, cū adolescentulū temere, & superbe se in patrem gere-
re conspexisset, adolescens inquit, nonne cessabis hūc despice-
re & contemnere, per quem superbire dignum putas?

Aelianus, adolescentulus Eretrieus cū Aenone disciplina cau-
sa diutius uersatus, & cum iam in uirū euasisset, in patriam
Eretriam esset reuersus, interrogatus à patre quid nā sapi-
entiae in tanta temporis diuturnitate didicisset, se breui osten-
surū respondit, pater deinde ob perpetratum facinus iratus,
eum grauius uerberauit, adolescentulus aequo animo incre-
pationes paternas, et uerbera passus, Hoc se didicisse ait, pa-
rentū iram, & indignationem nō grauius ferre.

Idem, prima & octuagesima olympiade uiuunt Aetnam flas-
grasse, quo tempore Philonomius & callias Catonei parens
super humeris impositos per mediam flammā neglectis
omnibus alijs bonis extulerūt, quibus & pietate retributio-
nem sunt à deo consecuti, nam per eam Aetnae partem quā
ipsi arrebant, ignis sese amouit & ipsis celsit.

Aristoxenus pythagoricius, post deum, parentes & leges plurimi facio, non ficto, sed fideliter, ad hæc te ipsum ita institue & præpara, ut paternis moribus & legibus te obsequentem semper præstes.

Musonius, iuuenis quidam, quem uolentem philosophari pater prohibebat, Musoniu sic interrogauit, nunquid Musoni parentibus in omnibus parendu est? an sunt aliqua in quibus ipsis possumus non audire? At Musonius parere quidem parentibus unumquemque, honestu & iustu puto, & in primis laudo, uerū ea que non deant, que plurima & multa sunt, detrectare non uitupero, sed laudi tibi dederim, sed quid sit parentibus parere, et quō, et quādo, alijs te docebimus.

De dijs.

Bion dignissimos risu Astrologos esse censebat, qui cū pisces, qui in littoribus ante pedes iacent, nō uideant, de his qui sunt in cælo, se scientiam habere arbitrantur.

Pindarus de natura ratioānantes & disputantes, imperfectū sapientiæ fructum capere dicebat.

Thales, quendam in cælum suspicientem in baratrum delapsu, iusta, & merita passum dixit, qui cum que sunt ad pedes ignoraret, que erant in cælo inuestigaret.

Diogenes, astrologo quodam in foro depictas stellas in tabella quadā demonstrante, ac dicente, hæ sunt erronee stellæ, quidā ea audiens amice ne mentiare, inquit. Non. n. hæ sunt errantes, sed hi, demonstrans eos qui sibi assistebant.

Ariston dicebat, earū rerum que à philosophis queruntur quedam facere ad nos, quedam nihil ad nos, quedam esse supra

nos. Ad nos quæ de moribus scripta sunt. Nihil ad nos dialēctica et quæ disputabūtur, nō. n. ad uitæ correptionē et emendationem conferunt, Supra nos autem, quæ de rerum natura tractantur, quæ neq; à nobis cognoscā possunt, neq; ullam præbent utilitatem.

Eusebius, deū quidē cognoscere diffialis, et ardua res est, dicere quō sit, nō possumus, in corpore a. n. rem corpore significare nō ualemus. et perfectū imperfecto cōprehendi nō pōt, et æternū cū finito conuenire diffiale, illud. n. semper est, hoc aut pertransit, et illud quidē ueritas est, hoc aut imaginatiōe adumbratur, debile aut à forti, et minus à maiori tamū distat quantū mortale ab immortali, mediū horū intervallū obscurat boni speculū, oaulis. n. corpora possunt conspici, lingua aut, q̄ uidentur facilia dictū, in corpore aut et inuisibile et sine fine figura, et quod nō est subiectum materiæ, à nostro sensu et intellectu non potest comprehendī, cogito o amice cogito, quod diū non potest, hoc esse deum.

De Literis.

Socrates, in bello ad securitatem ferrum auro melius, at inuita sermo diuitijs præstat.

Plato, sermo bonus ut figulus, pulchrā in animo effingit figurā

De Dialēctis.

Arcesilaus philosophus, dialēcticos illis similes esse dicebat, qui calulis ludentes urbane, et iucūde decipiunt. Zenō, dialēcticorū artes iustis mensuris cōparabat, nō tritū, neq; aliud quid bonorū metientibus, sed paleas et fimum.

Pythagoras, uanum illius philosophi sermonē à quo non hoc minus affectus curantur, esse dicebat, ut enim medicana nulla

utilitas quæ morbos ex corporibus non eijāt, sic neq; philo-
sophie, nisi ex anima malum expellat.

Cleantes interrogatus, quare apud antiquos non multi philo-
sophati sunt, & tamen plures claruerunt, respondit, tunc
ipsum opus exercēbatur, nunc autem tantum sermo.

Ariston, dialecticorum sermones telis aranearum similes esse
dicebat, nihil utiles, ualde autem artificiosos.

Quales oportet esse parentes in filios.

XEnophon, nō te fugit Socratē sepe nobis solutū esse di-
cere, eos qui curant et student filijs p̄ multas relinque-
re diuitias, ut aut boni et eruditi euadant nihil faciētes, perse-
miles esse, illis q̄ in alendis equis summū studiū ponūt, abos,
ut niteant, et pinguescant, afficiam ipsi suggerentes, quæ aut
ad uirtutē, et rem bellicā faciūt, ut pote parū necessaria, et in-
utilia contemnentes, itaq; cū tempus postulat, et exigit, ut hi
equis rudibus, et expertibus earū rerū, quibus indiget usus
bellicus, sic illi filijs ad oīa, quæ exigit huana uita, inepti &
rudibus utūtur, oportet. n. exercere equū, ut fortis, animosus,
audax, et uersatus in prælio fit, nō ut splendidus nitidusq; do-
mū appareat, eisdem in rebus, & parentes mihi peccare ui-
dentur qui dum multas possessiones filijs parant, ipsos nulla
bona disciplina, et arte muniūt, plane ea, quæ possident, ma-
gnifacienda sunt, ipsi aut minimi censendi. Quæ res omnis
no uinuperanda est, nam is qui multa possidet, possessionibus
digniorē se præstare debet. At qui filios, ita instruxerint ut
his quæ possidet apud oēs digni habeantur, hi quis p̄ exigua
ipsis legauerint, merito tamen ab omnibus laudantur.

De Amore fraterno.

 **E**x Plutarcho, Pollux quendam exhibantem et deridentem Castorem fratrem eius, pugno interfecit, præterea amore fraterno semideus uideri maluit, q̃ solus deus.

Sotion, qui germanis dimissis alios sibi conciliant, p̃similes esse mihi uidentur, qui propria terra derelicta alienā colunt.

Plutarchus, sine fratribus (ut aiunt) neq; diuitiarum, neq; imperij aliquis est fructus, & gratia.

Sotion, melius esse pauperem cū fratre censeo, q̃ sine diuitem.

Aristippus, frater inquit memēto, q̃ seditionem & discordiam tu primus incēpisti, at ego reconciliationem.

Ex Plutarcho Salurus octoginta mares filios relinquens, cum esset diem obiturus iaculorū fasciulum singulis dedit, insitq; singulis suū frangere, cum defatigati omnes nequirent, singula ipse, ex fasciulo extrahens, iacula, facile frangebat. Hoc exemplo illos docens, concordēs, & unanimēs fortes, et ualidos futuros, at debiles, et imbecillos, solutos et dissipatos.

De re Domestica.

 **T**hemistocles, pluribus eius filiam uxorem petentibus, uiro moribus prædito, diuini prælato, inquit, malo uirū pecunijs indigentem, q̃ pecunijs uiro.

De Nobilitate ex Virtute.

Sostratus, Tibiacn, cum sibi parentum ignobilitas exprobraretur, at propter hoc maiore laude & admiratione sum dignus, quia à me primo & genus, & nobilitas incepti.

Anacharsis, cum sibi uituperio, & infamiae daretur, q̄ genere Scythia esset, inquit, at non moribus.

Socrates interrogatus, quid esset nobilitas, respondit, animi, & corporis temperantia.

Idem, ut neq; panē ex pulcherrimo agro optimū iudicamus, sed bene ad admirationem conammatū, & elaboratū, sic neq; uirū studiosum, & uirtute praeditum illustri, et clara familia ortum sed uirtute, & moribus praestantem & insignem.

Non semper filij referunt nobiles parentes.

Antigonus rex, cum iuuenis quidem natus ex bono & forti patre, dissimilis ipse miles eodem stipendio se dignum putaret, adolescentule inquit, uirtutem & fortitudinē paternam, non alienam soleo praemijs honestare.

Homerus, filios parentibus similes perraro nasci testatus est in odyssaea, meliores uero quā pauasimos.

Qualem oportet esse nobilem.

Demosthenes, nobiles, & honestos uiros in primis facci pulchritudo, et animi moderatio deat, fortitudo in amobus his, gratia aut, & uenustas in uerbis resplendeat.

Euripides, non me fugunt quae nobili genere natos deant, in primis. Vbi opus est tacere, & ubi loqui tutum. Inspicere, & quae deant diligenter considerare, & quae turpia sunt fugere. Venti non indulgere. Probra ubiq; magis q̄ gratia simpliciā timere, laudem autem & gloriam quae nobilium sunt propria, undeamq; auacuari.

De ignobilitate.

Euripides, stulticia paterna, & ignobilitas filijs morbus est, solent enim ex malis mali nasci, o filij Creontis ex bonis uiris boni nascuntur, ex malis similes naturae paternae, cum enim generis fundamenta non recte sunt iacta, necesse est ignobiles & infelices esse posteros.

Laus diuitiarum.

Simonides interrogatus, utrum optabilius diuitias, an sapientiam possidere esset, nescio inquit, uideo enim sapientes apud diuitum ianuas esse frequentes.

Demosthenes, opus est pecunijs, sine his enim nihil oportuna agitur.

Antiphanes, nugae omnia ad aurum, solum enim mores, pulchritudinem, genus, amicitiam, & bona omnia praestat.

Timotheus, argentum mortalibus sanguis, & anima est, inquit, quicumque non habet hoc, mortuus inter uiuos ambulat,

Euripides, ne per deos, mihi pater nobilitatem narres, in pecunijs enim haec sita est, aurum mihi domi relinque, & ex seruo liber nobilis cito fiam.

Sophocles, pecuniae inueniunt amicos, honores, & prope principes, sedes,

Vituperium diuitiarum.

Plutarchus, ne puero gladium, iubet prouerbum, ego autem ne puero diuitias, neque uiro ignorantiam, et impitiam. **S**ocrates despiciat eos qui diuitijs inhiant, & student, qui cum his, quae possident, uti nesciant, per similes illos putantur, qui

pulcherrimum equum habent, & equitare nesciunt.

Diogenes, diuites arboribus, & uibibus, quæ in montum rupibus, & locis asperis nascuntur, comparabat, harum enim fructus eos non attingere, coruos autem & id genus auium uocare dicebat, eodem pacto diuites in rebus honestis diuitias non expendere, sed in adulatores, meretrices, aedros, lenones, & turpissimas uoluptates sine mensura effundere.

Socrates, diuitiarum uitorum magis quam uirtutum ministræ potestatem ignauie, & uitij suggestentes, ad uoluptates uuenes alliciunt & exantant.

Anacreon, quinque talentorum munus cum à Polycrate accepisset, postquam diuis noctes cogit abundus in somnes egit, reddidit, dicens, non tanti ea esse, ut cura assidua sollicitaretur.

Plutarchus, appetitus quidam natura diffialis ad frenandum, si diuitiarum copia, & abundantia accedat, effrenis efficitur.

Bion, ridiculos esse eos dicebat, qui studerent, et inhiarent pecunijs, quas fortuna præbet, illiberalitas, & auaritia custodiat, & bonitas erogat.

Diogenes, uirtutem neque in ciuitate, neque in domo diuitum habitare posse dicebat.

Pecunie utiles siquis bene his utatur.

Socrates, lucra citra iustitiam facta, non diuitias, sed periculosa factura esse putabat, ne igitur pecunias accipere, lucrum putetis, & eas erogare, iacturam, neutrum horum habet eandem potestatem semper, uerum utrum opportune, & cum uirtute fiet, hoc solum inuat eos qui faciunt.

Socrates, neq; aureus, et purpureus lectus egrotum, neq; stultum animum felicitas, iuuat.

Aristoteles, melius ad felicitatem pauca possidere, q̄ cum inuidia multa, etenim pulchrior, & suauior hæc uita.

Lycurgus, non ditescere pulchrum, sed ex pulchris ditescere oportet.

Socrates, ama ex bonis, quæ sunt tibi, nõ excedentẽ & superflua possessionẽ, sed moderatã, & temperatã fruitionem.

Pythagoras, neq; equum sine freno, neq; diuitias sine prudentia, homines facile possunt continere.

Misonius, Cræsi & Cyri thesauros tanq̄ extremam paupertatem damnamus, unũq; solum credimus esse diuitem et sapientem, qui ubiq; potest possidere tantum, quantum ad uitam traducendam sit satis.

Plato interrogatus, quanta facultate in uita opus est, dixit quanta, ut neq; insidijs petaris, neq; necessarijs indigeas.

Socrates, ut sudor ex gymnasijs utilior, et honestior, sic diuitiæ ex proprijs laboribus comparatæ honestiores, et utiliores.

Paupertatis laus.

Ex historia Aeliani, Aristides Nicomachi, Phocæon Phocæa, Epaminondas Polymodis, filius, Pelopidas thebanus, Lamachus atheniensis, & Socrates Sophronisa filius, & Ephialtes Sophonidæ pauperrimi graecorum fuerunt, attamen optimi & iustissimi omnium.

Diogenes, uir improbus, & malus cum paupertatem sibi exprobraret, dixit, ex paupertate nullum unq̄ uidi tortum, & supplicio affectum, at ex diuitijs multos.

A pollonius, pauperem esse secundum naturam non probro datur, sed turpi causa esse pauperem detestamur.

Vituperatio paupertatis.

Sophocles, paupertate nullus maior hostis, pauper ad omnia est timidus.

Callimachus, pauperibus semper pauca dant dii.

Ariston, manifesta est tempestas paupertatis lucerna, nam omnia demonstrat mala et diffialia.

Comparatio paupertatis, et diuitiarum.

Dioegenes, exprobrante sibi quodam paupertatem, infelix dixit, neminem tyrannidem exerantem propter paupertatem uidisti, at multos propter diuitias.

Democritus, si non multa desideraueris, pauca multa tibi uidebuntur.

De uita q. breuis, et infirma est.

Aristoteles. Quid est homo infirmitatis exemplum, temporis praeda, fortunae ludus, ruinae imago, inuidiae et calamitatis lanx et trutina, reliquum flegma et bilis.

Semonides interrogatus, quandiu uixisset, parum dixit, at annos multos.

Zeno, nos nullius rei sic esse pauperes, et inopes ut temporis, dicebat, breuis enim uita, ars autem longa, et magis quam ut animi morbos curare possit.

Socrates, dicebat se putare deos hominum uana studia inspicientes, semper ridere, cum enim omnia humana sint parua, non par studium nascuntur.

Neoptolemus, tragoediae histrionem interrogauit, quid nam ex his, quae ab Aeschilo, aut Sophocle, aut Euripide dicta fuisset.

sent, sibi uisum potissimū esset: aut admiraretur nihil horū,
respondit, uiderat. n. ipse Philippū in filia Cleopatrae nau-
ptijs in maiori scena maximā egisse pompam, et tertū de-
anum deū appellatū, sequenti autē die in theatro uigilatum,
et cubus deinde expositum et proiectum.

Hermolaus, incerta, et sine coniectura omnis uita, que nihil fidei
dei habens errat, in colloquijs spes, hominū mentes fouet, suc-
turū nouit nemo, deus mortales omnes in periculis regit, con-
tra spirat sepe quedam grauis aura aduersitatis.

De tristitia.

Socrates interrogatus, quomodo quis sine tristitia diuere ui-
tam posset: dixit, nullo modo id fieri posse, nam nemo est,
qui aut ciuitatem, aut domum habitet, aut cum hominibus
uersetur, qui interdum non tristetur.

Euripides, tristitia hominibus parit morbum.

Idem, non is appellandus est beatus, qui plurimas pecunias
possideat, sed qui sine tristitia uiuat,

De felicitate et eius instabilitate.

Demacritus, felix qui modias pecunijs letatur, infelix autē
cuius multis animum sollicitatur.

Socrates interrogatus, quid esset felicitas, respondit, uoluptas
non poenitenda.

Idem, interrogatus qui felices qbus et mens bona et sermo est

Diogenes, felicitas una est, uere gaudere et nunq̄ trīstari quocunq;
loco et tempore quis fuerit.

Amblichus, felix deo similis est perfectus, simplex, purus, et
ab hac humana uita, animo remotus.

Bion, pecunias multis fortuna non donat, sed commodat.

A pelles pictor interrogatus, quare fortunam sedentem pinxisset, respondit, quia non stat.

A esopus interrogatus quid agunt dii: dixit, partim edificare, partim fabricata demoliri.

A riston, uita similis theatro, in quo pessimi commodissimum sepe locum habent.

Generose oportet ferre quæ accidunt.

Chilon, cuida qui nimis malis, quæ sibi acciderat tristabatur, si sares (inquit) mala omnium, minus tua egre ferres.

P ittaeus, prudentis esse dicebat nequid sibi mali accadat, consilere, sed si acciderit, fortiter ferre.

S ocrates, cum disputaret nuntium de filij morte accepit, finem disputatione, eam inquit, ut Sophronisco iusta persoluerimus.

T heobolus, fortune mutationes generose et fortiter ferre monebat, et mediocritatem in utraq; seruandam censebat.

D emocritus, magnum quid esse dicebat, in calamitatibus sapere quæ oportere.

I dem, paupertatem patienter, et mansuete ferre, modestissimi hominis esse, dicebat.

A d Xenophontem sacrificium ex Mantinea nuntius uenit, qui et filium Gryllum mortuum nundasset, corona deposita a sacrificio non destitit, sed cum sermoni nuntius addidisset, uictorem perisse, corona resumpta, sacrificium absoluit.

E x Dionysio Alicarnasico, Xanthippe cum uariis, et multis rerum mutationes auaritatem, et aues sollicitent, in omnibus tamen simile, et eundem Socratis uultum se uidere dicebat, ita enim seipsum animo Socrates componebat, ut quicquid accideret, suscipere degeret.

De Fortuna.

Euripides, rudis & desipiens uiri est, malam fortunam apud omnes testari, sapientis autem occultare.

De Spe.

Linus, speranda sunt omnia, & nihil desperandum. Democritus, spes eorum qui recte sapiunt non uana, eorum autem, qui desipiunt futiles, inanes, & diffidiles.

Diogenes, quid summum in uita, spes.

Socrates, male spes, ut mali duxes, nos in errores, et delicta ducas.

Epictetus, neque nauis, una ancora, neque uita, una spe firmata est.

Socrates, neque mulier sine uiro, neque spes bona sine labore, quid boni generat.

Theocritus, confidere et bono animo esse oportet, o amice Bate, cras enim forsitan erit melius, spes in uiuis, sine spe mortui, & Iuppiter interdum serenus, interdum nubilus.

Euripides, nihil desperandum, uerum omnia sperare licet hominibus.

Pindarus dixit, spes esse uigilantium somnia.

Thales interrogatus, quid ualde commune inter homines respondit, spes etenim quibus nihil aliud est, ipsa adest.

Quod non oportet insultare male agentibus.

ISocrates, nemini calamitatem exprobraueris, communis enim fortuna & futura incerta & obscura.

Demosthenes, ego, quicumque fortunam alteri obijciat, eum stultum & dementem puto, nam qui se optime agere arbitrat, et fortunam propriam habere existimat, ignorat an usque ad uesperam haec apud se sit mansura, quomodo hic aduersam alteri exprobrare possit.

Facilius alium monere, quam seipsum.

Socrates, ægrotis medicos, male agentibus amicos consulere oportet.

Menander, corpore male affectis, medico, aïo, amicus opus est.

Laus Senectutis.

Ex phauorino, non relinquam hoc tractatum, quod et Platonis & Pythagoræ uidetur, senectutem non in exitu uitæ, sed in principio beatitudinis esse.

Democritus, fortitudo et formæ pulchritudo, iuuenilis ætatis bona sunt, Senectus autem flos temperantiæ existimanda est.

Idem, senex iuuenis fuit, iuuenis autem incertum an ad senectutem perueniat, bonum igitur absolutum, & perfectum, futuro incerto multo melius.

Ex Phauorino, uoluptate quæ sponte abstinet, sapiens, quæ autem ea non indiget, beatus, senectus autem ad hæc ambo aptissima, etenim homines efficiat sapientiores et in uoluptatibus negligentiores.

Gorgias interrogatus, quo uitæ modo usus ad tam longam senectutem peruenisset nihil unquam ad uoluptatem neque comedens, neque faciens respondit.

Vituperatio senectutis.

Democritus, senectus est integra cæcitas, habet omnia et omnibus indiget.

Barothes, ætatis florem dixit esse uer, post florem æstatem, & autumnum, senectutem autem hyemem.

Idem, uita nostra uino comparatur, ut n. reliquum ipsius cum in dolio exiguum sit, accersat, sic hominis uita si ad senectutem peruenit, accersat, et ad eam tanquam ad officinam omnia humana accedunt mala.

Democritus, crescente corpore crescat & mens, senescente autem consenscat, & ad negotia omnia hebetatur.

E iij

Cato, seni libidinoso dixit, homo, quid senectuti, quæ multa mala habet, etiã ex libidine uituperiũ et infamiam addis?
A lexis, comædiarũ poeta, cũ quidam ipsum senem, et uix iaccedentẽ interrogasset, quid agis? paulatim inquit morior.
P atrocles, senectutem uitæ hyemem dicebat.

De Morte

A Ristoteles, inuitabilis fati necessitas.
Plato, mors nihil aliud est q̃ solutio, et separatio animæ à corpore.

G orgias Leontanus in fine uitæ cõstitutus, et iã à debilitate occupatus, paulatim in somnũ labens iacebat, si quis uero ex familiaribus eum interrogaret, quid ageret? respondebat, iam me somnus inãpit commendare sorori.

G orgias rhetor iã senex interrogatus, an libenter moreretur? minime inquit, uerum ex hoc marado, & putrido domiciliolibenter discedo.

S ocrates, si necesse est semel ut anima à corpore separetur, deæt fortem uirum non lachrymis, et luctibus dolere, sed fortiter hanc fati necessitatem ferre.

E schines, mors nõ grauis res, uerũ iuria circa finẽ formidolosa.

P olyneus, si qui moriantur ex tuis, ne tristeris, necesse est semel mori, uerum si turpiter, dolendum est.

M usonius, cum pariter omnibus moriendum, non tarde, sed clare mori beatum iudico.

E piarus, mors nihil ad nos, corpus enim animæ solutum nihil sentit, quod autem nihil sentat, nihil ad nos.

A rimnestus interrogatus, quod maximum homini bonum est? dixit, bene mori.

Aetrodorus, in rebus quidem alijs securitatem prestare possumus, quantum autem spectat ad mortem, omnes ciuitatem sine moenibus habitamus.

Mortis laus.

A Naxagoras dicebat duas esse mortis disciplinas, Alteram tempus ante ortum, Alteram somnum.

Causiani, nascentes flent, mortuos beant.

Ex Nicolai historia. Quis omnium ignorat uiuentes omnes, inuidia aut maiori, aut minori uexari? mortuos aut ne inimicos quidem uerbis lacerare.

Herodotus, Trasij alia omnia, ut Traces faciunt, at in ortu alius uel obitu, haec et huiusmodi agunt. Infantem natum cognati omnes arcus sedentes deslent, miseras et calamitates humanas animo uoluentes, quot et quanta o puer in uita te mala manent, uita aut functum laudantes et leticia exultantes sepeliunt dicentes, quod est miserijs liberatus omni felicitate fruitur.

Vitae laus.

SPeusippum grauius egrotantem, et cruribus pene amissis ac perditis, diogenes iute cadere monebat, ille non cruribus dixit iuuimus, sed mente et animo.

Euripides, uiuere ubique, magis suauis et uiuandum, quam mori sapientibus.

Idem, uidere hoc solis lumen, et splendorē, hominibus suauissimum est, infernum nequaquam, furit itaque, qui cupit mori.

Idem, non tarde, sed clare mori, bene.

Homerus, malo uiuens uiro pauperi, et mendico seruire, aut ne uictus quidem sit, quam mortuis imperare omnibus.

Mortis, & uitæ comparatio.

Dilogens, dicente quodam. Difficile est uiuere, non, dixit, uerum male uiuere.

Idem, animam curare magis necessarium, q̃ corpus, nam melius mori, q̃ male uiuere.

Pyrhron, dicebat nihil differre q̃s uiuat, an moriatur, tūc qdā ad ipsum, cur igitur tu nō moreris? at ille, qui: nihil differt.

Epictetus, si iuuenis pducatur uitam ad senectutem, accusat deos, q̃a cū iam opus esset ipsum à laboribus cessare et quiescere, negotia superueniūt, si uero mors accesserit, uiuere uult medicos accersit, rogat eos nullā aurā ac diligentā prætēmittant, admirabiles inq̃t hoīes, qui nec uiuere, neq; mori uolunt.

Plato, iam hora & tēpus discedendi, mihi quidē morituro, uobis autem uicturis, utri aut nostrum ad rem meliorem proficiantur, incertum omnibus, nisi deo.

Apollonius, breuis uita bene et feliāter agēti, at male lōgissima
Socrates, in uita ut in theatro tantisper expectare oportet, quo ad spectaculum delectabile esse contingit.

De Dolo.

Obrimus, est & hominibus luctuum munus, hoc enim nobis in mala fortuna solamen natura tribuit.

De sepulchro.

Socrates, cum uenenum esset sumpturus, interrogatus à iudiciis, quo pacto sepeliri uellet, quocunq; uobis fuerit fallissimum, respondit.

Tauri gens Scythica, Cum regibus maxime gratos ex amidis sepeliunt, Rex autem mortui amici pro meritis, aut partem, aut totam abscondit aurem.

Sindi populi, tot pisces in sepulchrum iaciunt, quot hostes qui sepelitur interfecisse constat.

Colchi, mortuos non sepeliunt, uerum ex arboribus suspendunt.

Phryges, non defodiunt sacerdotes mortuos, sed super lapidibus decem cubitorum, rectos statuunt.

Panebi populi Lybia, quando ipsorum rex moritur corpus quidem defodiunt, caput autem abscissum, & auratum in templo dicant, & consecrant.

Xenophon, meum corpus o filij quando diem obiero, neq; in auro neq; in argento, neq; in alia quapiam re pretiosa ponite, uerum quod celerime terrae reddite, quid. n. hoc beatus qui terre mistum esse, quae omnia pulchra, & bona producat atq; nutrit, ego autem alioqui humanus fui, et non libenter mihi uideor uiuere.

Menander, humaniter fortuna deest ferre amicae, coes. n. communiter oportet ferre casus, cognosce quae sunt humana, neq; praetermodum doleas, malis. n. non solus subiacet, mihi crede.

Philopides, omnis tristitiae tempus est medius, nam malis omnibus medetur tempus.

F I N I S.

INDEX LVCI STELLAE MICCINEL

li super Varini Camertis Apophthegmatibus, idest acutis
 responsis ad. D. Iacobum de Cardellis, Secretarium
 apostolicum & Meccenatem suum.

Egregiae uirtutes tuae, singularesq; animi dotes, quibus ueluti sydus inter mortales res fulges Iacobe uir praestantissime, facile ad id me induxerunt, ut Apophthegmaticum hunc

E V